
UC-NRLF
$B 253 100

DE

GENUINI QUEM VOCANT GENETIVI APUD AESCHYLUM USU.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XIX. M. MAJI ANNI MDCCCLXXXII

H. XII

PUBLICE DEFENDET

SCRIPTOR

RICARDUS SCHENK

MARCHICUS.

ADVERSARII ERUNT:

C. A. LINK, CAND. PHIL.

C. FRANKE, STUD. PHIL.

ARM. ROLAND, STUD. MED.

BEROLINI MDCCCLXXXII.

SATIRE

CAROLO KOCK

PRAECEPTORI CARISSIMO

HAS STUDIORUM PRIMITIAS

PROBARI VOLUIT

AUCTOR.

Quaestionum de casuum syntaxi Aeschylea hoc specimen primum quum sim daturus, doleo ego vehementer quod non contigit mihi ut simul emitterem elaborata quae conscripsi praeterea de genetivi vice ablativi fungentis usu, cujus excutiendi causa amplam rerum materiam uberrimamque copiam congesseram.

Sed ne ea quidem quae hoc libello continentur, plane spreturos esse mihi persuadeo eos qui operam navant tragicorum graecorum principis fabulis explicandis. Vix enim negaverit quisquam, si quis sit curiosus in exquirendo Aeschyleo, quod permulta habeat eximia et prorsus singularia adhuc neglecta, genere dicendi, eum non tantum excolere artem grammaticam verum etiam, licet ad codices potissimum debeat redire res critica, ansam aliquam habere ad reponendos vel rectius interpretandos locos dubios, qui haud ita pauci legantur apud Aeschylum. — Ita vel ego initia haec ponere conatus sum syntaxis Aeschyleae, quum praesertim, quamvis sit ingens fere numerus librorum poetae verbis interpretandis textuive restituendo inservientium, mirum quam pauci versentur in investigando more loquendi.

Genetivi ipsius usum ut persequerer quum plus una me permovebat causa tum ea praecipue quod sat multas res in illum quadrantes accuratius aliquanto mihi videor explicavisse, quas viri grammatici ad hoc tempus vel leviter significaverunt vel ne primoribus quidem, ut dicitur, labris attigerunt.

Id agens maxime, ut Aeschyli usum quam firmissime constituerem quamvis praetermissis rebus notissimis, de graeci genetivi vi et natura, quae tot tantasque habuerit dubitationes,

longam praemittere commentationem ab huius opellae instituto et ratione perquam alienum arbitratus sum. Librum enim scribet qui collegerit et examinaverit opiniones illa de re dissimiles atque diversas. Facere tamen non possum, quin, quamnam secutus sim rationem, breviter commoneam.

Itaque neque eos plane vidisse verum, qui casus linguae graecae singulos ad loci referrent relationes neque eos qui grammaticam sequerentur doctrinam, immo prorsus medium quendam tenendum esse cursum, ita ut alii casus sint grammatici habendi, aliorum principium deduci possit ad loci relationes, quoniam indogermanicarum linguarum adhibita comparatione certum fere habemus exploratumque, applicavi me ad eum, qui rem ad liquidum paene perducens dilucidissime disserat de principali significatione casuum, dico Fr. Holzweissigium, cujus liber bonae sane frugis plenissimus inscribitur: „Wahrheit und Irrthum der localistischen Casustheorie. — Ein Beitrag zur rationellen Behandlung der griechischen und lateinischen Casussyntax auf Grund der sicheren Ergebnisse der vergleichenden Sprachforschung. Leipzig, 1877." — Idem vir doctus singillatim graeci genetivi syntaxis lineamenta adumbravit, in progr. gymnasii Bielefeldensis 1877. — Est autem demonstratum ab eo, quod quidem jam quum alii tum Delbrückius (Ablativ, Localis, Instrumentalis im Altindischen, Lateinischen, Griechischen und Deutschen. Berl. 1867) intellexerant, genetivum graecum non solum genuinum esse genetivum sed munera etiam ablativi suscepisse. Illius quidem, quem adnominalem esse commode dicunt, ea est vis, ut arctissima eo exprimatur nominum duorum conjunctio, quae tamen qualis sit, utrum possessionem designet an partitionem an qualitatem, forma ipsa minime significatur. Adjectiva autem, adverbia, verba idcirco constat consociari cum genetivo genuino, quandoquidem notio illis subest nominalis.

His, ut decet, profligatis jam accedo ad singula genetivi genuini genera pertractanda dispositionem secutus, quam dedit Holzweissigius.

I.

De genetivo attributivo.

Caput I.

De genetivo appositivo.

Notiones duae ejusdem generis, quarum altera terminatur altera, quamquam linguae indoli convenienter in eodem poni solent casu, tamen multifariam substantiva, quibus substantiva explicantur vel definiuntur, collocantur in casu genetivo. Vox enim cum genetivo juncta est notio universalis, quae proprie vereque potest dici, genetivo ipso, quo accuratius illa describitur, notio continetur specialis. — Hujus genetivi, quem appositivum (explicativum, epexegeticum, definitivum) vocamus, rationi perscrutandae quia nullum dum virum doctum [1]), quo par erat, studio incubuisse video, quam diligentissime exempla quae reperiuntur apud Aeschylum omnia ad unum conquisivi ac disposui.

a) Pers. 282 [2]): *ὄνομα Σαλαμῖνος*. (Eum. 8: *τὸ Φοίβης*

---

1) Bernhardyus (Synt. p. 143) hoc genetivi adumbrat genus, sed adumbrat tantum. Plura dat R. Kühnerus (Gr. Gr. II, 402, d). Kruegerus quamvis sit accuratus in rebus grammaticis tractandis, neglegit plane fere hunc genetivum. Obiter enim tamquam de articulo doctrinae subicit nonnulla huc spectantia. I, 50, 7, 7. Di. 50, 7, 5. Multo subtilius de genetivi appositivi in lingua latina usu est disputatum. vide Fr. Haasei „Vorlesungen über lateinische Sprachwissenschaft“ II, p. 40 seqq. Reisigii Vorlesungen über lat. Sprachw. p. 655. Madvigii Gr. Lat. §. 232. Ellendt. ad Cic. de or. p. 227. Draegeri synt. hist. linguae lat. p. 466 seqq.

2) Aeschyli tragoedias ex editione Kirchhoffii, fragmenta ex poëtarum scenicorum editione Diadorfiana numeravi.

ὄνομα.) Bernh. (Synt. p. 54) huc referre videtur Suppl. 831: *ὀιζύος ὄνομ' ἔχων* (componere licet Sall. Jug. IV, 3 „nomen inertiae imponant Hist. I, 76: cui nomen oblivionis condiderant). Sed non sine causa *ὀιζύος νόμον* vel similia correxerunt Burgesius, Engerus, Hermannus, Weilius. Sept. 882: *θανάτου τέλος:* ipsa mors est finis s. exitus. Qua locutione optime muniri viam ad perspiciendam formulam Homericam *θανάτου τέλος*. Il. III, 309. Od. V, 326. XVII, 476 quis non videt? [cf. etiam Verg. Aen. XI, 546: Hic tibi mortis erant metae.] Persimilis est junctura: Pers. 898. Ag. 1417: *θανάτου μοῖρα* — sors est mors — (*μοῖρα* i. qu. *θάνατος* Ag. 1319: *πεπαιτέρα γὰρ μοῖρα τῆς τυραννίδος*. 1220, 20: *σὲ μὲν πρὸ μοίρας τῆς ἐμῆς διαφθερῶ*). Sept. 891: *τάφων πατρῴων λαχαί* = *τάφοι πατρῷοι*. Sept. 922: *μοῖρα διοσδότων ἀχέων*. Proinde cave statuas genetivum partitivum: Ag. 485: *μεθέξειν φιλτάτου τάφου μέρος*. Ch. 284: *κρατῆρος μέρος μετασχεῖν*. Ag. 535: *ἤματος μέρος*. — Deinde adfero: *κεραυνοῦ βέλος* Sept. 436. *πολῶν ἔξοδοι* ib. 33, 58. *πηδάλια χαλινῶν* ib. 189. *μηχανὴ συζωμάτων* Suppl. 445 (cingulum est instrumentum), *μηχανὴ πτερώματος* frg. 129 *πύργων βαθείᾳ μηχανῇ* Suppl. 923. Quomodo igitur sint explicanda quae legimus Soph. Ai. 159: *πύργου ῥῦμα*. Trach. 615: *σφραγῖδος ἕρκει* (Schol. *περιφραστικῶς τῇ σφραγῖδι*) praecipue Ai. 1076: *πρόβλημα φόβου καὶ αἰδοῦς* (*φόβος* et *αἰδώς* ipsa sunt praesidia) num relinquitur in incerto? Errant vehementer si qui alios esse ibi genetivos judicant. — Sed reliqua videamus exempla Pers. 706: *Λοιμοῦ σκηπτός* — ipsa pestilentia est irruens calamitas. — Suppl. 634: *ἥβας ἄνθος ἄδρεπτον ἔστω* (juventus = flos. Pers. 61, 252, 904. Ag. 184. Pr. 422) neque multo secus intellegam. Pers. 901: *κόσμος ἀνδρῶν* — ornamentum quod viris continetur —. Ag. 291: *θεσμὸς πυρός*. *θεσμός* hoc loco id est quod institutum est. Engerus confert Eum. 604: *λέξω πρὸς ὑμᾶς* (judices) *τόνδ' Ἀθηναίας* — *θεσμόν* (*θεσμόν* est appositio ad *ὑμᾶς*) —. *τέκνων βάρος* Ch. 989. Digna porro sunt quae commemorentur Ag. 93: *χρίματος ἁγνοῦ μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις*. *παρηγορία* est „fomentum“ idem plane valens atque *παρηγόρημα* frg. 413

(Phryn. Bekk. p. 6, 13). Simillimum est Hor. Ep. I, 3, 26: „frigida curarum fomenta" ubi v. intpp. — Pers. 363: *τέμενος αἰθέρος*, ubi Schol. M. adscripsit: *κατὰ περίφρασιν τὸν αἰθέρα*. Addendum est etiam Suppl. 123: — *λινορραφής τε δόμος ἅλα στέγων δορός. δόμος δορός* est „Schiffshaus". Gen. appos. hoc loco si statuemus verba optime poterunt declarari (*δόρυ* = *ναῦς* Pers. 409. Ag. 1589. Suppl. 815, 820, 974). Recteque adnotavit Schol. M.: *λινορραφὴς δόμος δορός: ἡ ναῦς*. — De Prom. 435: *κελαινὸς Ἄιδος — μυχὸς γᾶς* aptius mihi visum est disserere infra in adn. I. — Conjunctim postremo loci duo perlustrentur, quibus in explicandis a ceteris, quod sciam, interpretibus mihi est dissentiendum: Sept. 631: — *πόλιν ἕξει πατρῴων δωμάτων τ' ἐπιστροφάς* et Eum. 538: — *ξενοτίμους δωμάτων ἐπιστροφάς. ἐπιστροφαί* enim vocabulum quid sibi vellet neque Blomfieldus („conversatio") perspexit neque Schuetzius („alternas vices"). Immo concretam, quae dicitur, vim habet illa vox cf. frg. 243: *Σπερχειὲ ποταμὲ βούνομοί τ' ἐπιστροφαί* frg. 264: *Κίλιξ δὲ χώρα καὶ Σύρων ἐπιστροφαί*. Hesychius (*ἐπιστροφαί: διατριβαί, δίαιται. Αἰσχύλος Φρυξί*) minime contra me facit. *διατριβή* est locus, ubi quis devertitur Plat. Charm. 153, a: *ᾖα ἐπὶ τὰς ξυνήθεις διατριβάς. δίαιτα* autem voci istam vim esse subjectam non habeo quod demonstrem. Quid multa? Exemplis Aeschyleis aeque atque nota Hesychii *ἐπιστροφαί* concretam habere significationem = „locus, ubi quis devertitur, i. e. deversorium" nonne luculenter efficitur?

Cum genetivo autem appositivo consociandi hujus substantivi ratio non ita diversa est ab ea qua dicit Cic. in Vat. 14: „perfugium legationis", quod quidem exemplum debeo Haasio (Vorles. p. 42).

b) His ita explanatis, quoniam videmus quam late diffundatur hic genetivi usus apud Aeschylum, dicendi quendam morem quem nemo unus satis videtur mihi exposuisse, licebit excutere. Accidit enim interdum apud tragicos potissimum (consulendus est Blomfieldus in gloss. ad Pers. 425 qui multa congessit exempla) ut substantivis substantiva eundem fere habentia intellectum per ubertatem quandam adnectantur casu

genetivo. Sed hanc structuram ad genetivi appositivi rationem esse referendam jam est in aprico. Licet enim illorum substantivorum, quum per se usurpabantur posita, potestas dissoluta esset, ut ita dicam, et debilitata, tamen, ubi alterum altero adjungebatur genetivo, poëtae naturalis obversabatur significatio et principalis adeo ut notio superior, quacum genetivus erat conjunctus, genus aliquod indicaret, quod secundo casu planius definiretur. Quod quam recte dixerim ut sit in propatulo, percenseatis, quaeso, exempla haec: *πῆμα νόσου*[1]) Ag. 814 i. e. „calamitates, quatenus morbo continentur". *σκιρτημάτων νήστιδες αἰκίαι* Pr. 598 i. e. „vexationes quae constant saltibus". *τοιάδε συμφορὰ πάθους* Pers. 434. *τίνα τήνδε συμφορὰν κακῶν* Pers. 438. *ἐπὶ συμφορᾷ κακοῦ* — 1001. His sunt subjungenda Ag. 1493: *ἀμηχανῶ φροντίδος στερηθεὶς εὐπαλάμων μεριμνᾶν. χειμὼν τυφῶ* Ag. 634. *λέκτρων εὐνὰς ἀβροχίτωνας* Pers. 541. cf. *λέκτρων κοίτας* Eur. Alc. 925. *λέκτρων εὐναί* Herc. Fur. 799. Faciliores igitur evadunt ad explicandum locutiones quas legimus: *τῆλε πρὸς δυσμαῖς ἄνακτος Ἡλίου φθινασμάτων* Pers. 232. *ἐνυπνίων φαντασμάτων* || *ὄψεις* Sept. 694 (*ὄψις* = visum Pr. 644: *ὄψεις ἔννυχοι πωλούμεναι*). *θραύματα ἐρειπίων* Pers. 423. *σκάφη νεῶν* Pers. 417 (Schol. M.: *ἀντὶ τοῦ αἱ νῆες*). Eodem porro potest referri: *στόνων ἀπύᾳ* Sept. 132. M.: *στόνων ἀυτᾶς*. Unice verum est, quod restituit Hermannus, *ἀπύᾳ* (Hesych. *ἠπύη, φωνή*). Eum. 393: *ἐξήκουσα κληδόνος βοήν*. neque diversa sunt quae legimus ib. v. 999: *μύθους τῶνδε τῶν κατευγμάτων*. Deinde advocetur necesse est Eum. 57: *τὸ φῦλον οὐκ ὄπωπα τῆσδ' ὁμιλίας*. *ὁμιλία* idem prope esse quod *ὅμιλος* docet Schuetzius, cujus conferas adnotationem. Hermannus, etsi ipsam reprehendit Schützii interpretationem, dicit haec: „Hoc dicitur, „genus huius societatis" vel „nationem huius gentis" non vidi." — Pariter

---

1) Explicationem igitur habent Homerica: Od. III, 152: πῆμα κακοῖο. XIV, 338: πῆμα δύης. Soph. Ph. 765: τὸ πῆμα τῆς νόσου. Ai. 363: τὸ πῆμα τῆς ἄτης. vide Eustath. ad Od. III, 152, p. 1461, 68: Ὁμήρου εἰπόντος πῆμα κακοῦ ὁ ζηλωτὴς αὐτοῦ Σοφοκλῆς πῆμα ἄτης φησίν, ὅ ἐστιν ἄτη περιφραστικῶς.

delibero an consimilis ratio sit genetivi in Sept. 541: *θηρὸς ἐχθίστου δάκους εἰκώ.* Vide Eurip. Hipp. 646: *ἄφθογγα — δάκη θηρῶν*, quem ad locum adnotat Valck. „quum quaevis etiam *θηρία* dicantur *δάκη*, per periphrasin *θῆρες ἄφθογγοι* hic dicuntur *ἄφθογγα δάκη θηρῶν*. Postremo Pr. 6: *ὀχμάσαι | ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρηκτοῖς πέδαις* ex iis quae diximus dilucide perspicitur prorsus errare Weckleinium, qui *πέδαι* voce quasi effectum colligandi atque tenendi indicari existimet. *πέδαι* enim, quo nullo modo actionis effectum denotari posse quivis concedet, notio universalis est locum tenens superiorem, quae genetivo appositivo *δεσμῶν* accuratius determinatur.

c) Sed tertium quiddam, quo poeta, novi generis orationis auctor prope dicam et conditor, a solita dicendi usurpatione discedit, in eo positum est quod genetivum appositivum ad imagines adhibet et translationes. Ipsa enim ea res, quacum alia comparatur, quodammodo generalis est notio, cui res composita quippe quae singulare aliquid denotet, genetivo debet attribui appositivo. Cujusmodi sunt: Ag. 205: *ἀνάγκας ἔδυ λέπαδνον* [1]) — necessitas jugum est quod Agamemnonem subire fingit poeta [2]). Quod vero Aesch. dicit Pers. 592: *ἐλύθη ζυγὸν ἀλκᾶς* id de imperio jugum imponente potius intelligendum est.

Sub judicium tum vocentur metaphorae: *δουλείας γάγγαμον* Ag. 384. *εἰς ἀπέραντον δίκτυον ἄτης ἐμπλεχθήσεσθε*

1) Pr. 108: ἀνάγκαις ταῖσδ' ἐνέζευγμαι. ib. 575: ταῖσδ' ἐνέζευξας — ἐν πημοσύναις. Ch. 775: ζυγέντ' ἐν ἅρματι πημάτων. Eur. Hipp. 1389: οἵαις συμφοραῖς συνεζύγης. Or. 1330: ἀνάγκης ἐς ζυγὸν καθέσταμεν. Soph. Ai. 944: δουλείας ζυγά.

2) Voci ζυγόν adjectivum accedere genetivi appositivi plane vice fungens (v. p. 19 sqq., s. capp. III et IV l. c.) occasione oblata facere non possum quin commemorem ζυγοῖσι δουλείοισι Sept. 75. δούλιον ζυγόν Pers. 52, Sept. 454, 776. Ag. 917, 1180. Facile igitur jam perspicitur quaenam vis sit subjecta epithetis istiusmodi et apud Homerum: δούλιον ἦμαρ. Il. XI, 463, Od. XVII, 323, et apud Aeschylum δούλιος αἶσα Ch. 70: νόστιμον φάος Pers. 260. νόστιμος σωτηρία Pers. 788, Ag. 330, 1192. κρηναῖον γάνος Pers. 481. Ἅιδης πόντιος Ag. 645, Sept. 875: διχόφρων πότμος i. e. διχοφροσύνης πότμος. Pers. 102: πόντιον ἄλσος.

Pr. 1078 (Ag. 1069: ἢ δίκτυόν τι γ' Ἅιδου, ἀλλ ἄρκυς ἡ ξύνευνος non appositivus genetivus est statuendus sed possessivus cf. Schneidewinii adnotationem). Eodemque quadrat Ag. 1329: πημονῆς ἀρκύστατα. Reliquae hujus generis translationes sunt: χθονὸς χλαῖνα — terra est indumentum — Ag. 836. μνήμονες δέλτοι φρενῶν Pr. 787 confer Ch. 437: τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν γράφου. Soph. Ph. 1325: καὶ ταῦτ' ἐπίστω καὶ γράφου φρενῶν ἔσω. frg. 535 (apud Schol. Pind. Ol. X, 3): θὲς·δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους. [Schol. M. perapte confert Pindarica haec Ol. X, 3: ποτιφρένας ἐμὰς γέγραπται — emendavit Dindorfius πόθι φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται]. Ag. 766: εὖ πραπίδων οἴακα νέμων (cf. Pers. 758: φρένες — αὐτοῦ θυμὸν ῥακοστρόφουν). Pr. 648: ἱμέρου βέλει πρὸς σοῦ τέθαλπται (vide supra κεραυνοῦ βέλος Sept. 436). Ag. 52: πτερύγων ἐρετμοῖσι ἐρεσσόμενοι. Blomfieldus advocat Verg. Aen. VI, 19: remigium alarum. Paullo aliter dicit Lucr. VI, 743: pennarum vela remittens. — Ultimo loco ponam Sept. 354: πομπίμους χνοὰς ποδῶν. Ag. 803: ὁμιλίας κάτοπτρον „consuetudo tamquam est speculum".

Sept. 64: βοᾷ γὰρ κῦμα χερσαῖον στρατοῦ cf. adn. Schol. M. et Matthiaei Gr. Gr. §. 446, 4.

d) Quum apud alios scriptores tum apud Aeschylum genetivus appositivus vel potius definitivus quem vocem adjungitur notionibus γένος, δῆμος, λαός similibus, quae illo terminentur et definiantur. Errant enim vehementer ii qui genetivum ex hujusmodi substantivis aptum usquequaque habent pro partitivo, quum is rem eam, intra cujus ambitum aliquid est, enuntiet. Exemplis ut ea quae dico illustrem, γένος βροτῶν, genetivus si est partitivus, indicat „ein Geschlecht der Menschen" contra, si est definitivus „das Geschlecht der Menschen". cf. Kleine „de genetivi usu Liviano" gymn. progr. Cleve 1865 p. 20 seqq. — Vix autem aptum est quod declarem in locum vel hujus genetivi substitui posse adjectiva:

1) γένος. Sept. 218: δαιμόνων τιμᾶν γένος. 238: γυναικῶν — γένος. — 457.

Sept. 587: ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει. Pers.

432: *Πέρσαις τε καὶ πρόπαντι βαρβάρων γένει.* 988: *γένος τὸ Περσᾶν* (adj. 514: *παντὶ Περσικῷ γένει*). Ch. 619: *βροτῶν — γένος.* Eum. 894: *τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος.* Pr. 545: *τὸ φωτῶν ἀλαὸν γένος.* frg. 389: *μελανοστέρφων γένος* ap. Schol. Apoll. Rh. 4, 1348.

2) *δῆμος.* Pers. 723: *Βακτρίων δ' ἔρρει πανώλης δῆμος.* Suppl. 604: *δῆμος Πελασγῶν.*

3) *λαός.* Pers. 761: *Λυδῶν λαὸς καὶ Φρυγῶν.* 998: *Ἰάνων λαὸς οὐ φυγαίχμας.*

4) *στρατός.* Pr. 721: *Ἀμαζόνων στρατὸν ‖ ἥξεις στυγάνορα* „turba Amazonum". „exercitus" vero ubi designat illud vocabulum velut Pers. 353: *ἐξ Ἀθηναίων στρατοῦ.* 450: *Ἑλλήνων στρατόν* genetivus melius intellegitur possessivus.

5) *ὄχλος.* Pers. 42: *ἁβροδιαίτων — Λυδῶν ὄχλος.* Sept. 216: *δυσμενέων δ' ὄχλον πύργος ἀποστέγει.* Suppl. 172: *ὄχλον δ' ὑπασπιστῆρα καὶ δορυσσόον = ὄχλον ὑπασπιστήρων καὶ δορυσσόων* adjectivum genetivi definitivi partes suscepit.

6) *πλῆθος.* Pers. 166: *χρημάτων ἀνάνδρων πλῆθος — σέβειν.* 350: *πλήθει καταυχήσας νεῶν.* 332. 411. 427. Suppl. 452: *κακῶν δὲ πλῆθος.*

7) *ὅμιλος.* Sept. 35: *ἐπηλύδων ὅμιλος.* Suppl. 341: *νέον θ' ὅμιλον τῶν δ' ἀγωνίων θεῶν.*

8) *ὁμήγυρις.* Ag. 4: *ἄστρων κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν.*

9) *λόχος.* Sept. 108: *ἴδετε παρθένων ‖ ἱκέσιον λόχον.* Eum. 46: *θαυμαστὸς λόχος ‖ εὕδει γυναικῶν.* ib. 1004: *εὐκλεὴς λόχος παίδων.*

10) *στόλος.* Eum. 1005: *στόλος πρεσβυτίδων.* Suppl. 900: *γυναικῶν αὐτανέψιος στόλος.* ib. 911: *στόλος γυναικῶν* (adj. *γυναικεῖοι στόλοι.* Suppl. 28: *θηλυγενὴς στόλος,* ib. 470: *ἄρσην στόλος*). Reliquis, quibus extat locis significat aut „exercitus" aut „classis" ac genetivus, sicubi adicitur, est possessivus.

11) *ἑσμός.* Suppl. 652: *νούσων δ' ἑσμὸς ἀπ' ἀστῶν ἵζοι κρατὸς ἀτερπής* (contra partitivus est genetivus Suppl. 213: *ἑσμὸς ὡς πελειάδων*).

12) *πανήγυρις.* Sept. 202: *θεῶν — ἅδε πανήγυρις.*

Proferendum est denique in medium Ag. 44: *ζεῦγος Ἀτρειδᾶν.*

---

e) Ultimo loco notandum est genetivum nominum geographicorum notionibus *πόλις*, *ἄστυ*, similibus appositionis instar adnecti.

1) *πόλις* (Ruhnk. Epp. critt. p. 186). Pers. 346: *ἔστ' ἆρ' Ἀθηνῶν ἔστ' ἀπόρθητος πόλις.* Ag. 29. 711. 1241: *Ἰλίου πόλις.* Insignis locus est Eum. 453: *Τροίαν ἄπολιν Ἰλίου πόλιν ἔθηκας*, ubi *Τροίαν* praeter necessitatem verbis *Ἰλίου πόλιν* accedit. Huc vero advocari non posse Pr. 844: *ἔστιν πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονός* per se patet. Ceterum cf. Od. I, 2: *Τροίης — πτολίεθρον.*

2) *ἄστυ.* Pers. 721: *Σούσων ἄστυ.* attributo haec vox est praedita Pers. 119: *μέγ' ἄστυ Σουσίδος.* 752: *τόδ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεσόν.* Singulari modo Pers. 533: *ἄστυ τὸ Σούσων ἠδ' Ἀγβατάνων* duo genetivi uni notioni *ἄστυ* in singulari numero positae additi sunt.

3) *γαῖα, γῆ.* Aeschyli, quantum scio, propria est haec substantiva cum genetivo nominis geographici construendi ratio: Pers. 808: *γῆ Πλαταιῶν.* Suppl. 15: *Ἄργους γαῖαν.* cf. Hor. Od. IV, 14, 50: Duraeque tellus Hiberiae.

4) *ἕδος.* Pr. 414: *ὅσοι ἔποικον ἁγνᾶς | Ἀσίας ἕδος νέμονται.* Verum Pers. 873: *Ἰκάρου ἕδος* utrum genetivus sit possessivus (vide infra p. 11 sqq.) an appositivus incertum est (*ἑπτάπυλον ἕδος* Sept. 150). Procul dubio hanc quoque structuram Aeschylus mutuatus est ab Homero: Od. XI, 263. Il. IV, 406: *Θήβης ἕδος — ἑπταπύλοιο.* Od. XIII, 344: *Ἰθάκης ἕδος.* Il. XXIV, 144: *ἕδος Οὐλύμποιο.* Pindarus quoque Homerum imitatus effinxit haec: Ol. II, 13: *ἕδος Ὀλύμπου νέμων.* Isthm. I, 1, 31: *ὑψίπεδον Θεράπνας — ἕδος*[1]).

5) *χεῦμα.* Eum. 289: *τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα.* Suppl. 987: *χεῦμ' Ἐρασίνου παλαιόν.*

---

1) cf. Soph. Ai. 135: Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον. Brunckius: „qui tenes Salaminis sedem.“ Eur. Hel. 1652: Τροίας βάθρα. Iph. Aul. 1263: Τροίας ἐξελεῖν κλεινὸν βάθρον.

6) πόρος (Plus uno loco apud Aeschylum πόρος indicat „fluvius" Ch. 65 — ubi conferas quae adnotat Schol. M. — Eum. 448).

Pers. 491: Ἀξίου πόρος. ib. 856: πόρος ‖ Ἅλυος ποταμοῖο. Ch. 355: Σκαμάνδρου πόρος. Simillime est dictum Pr. 532; Ὠκεανοῦ πατρὸς ἄσβεστος πόρος. Nomen vero in eodem casu collocatum est Sept. 631: πόρος — Ἰσμηνός.

7) ῥέεθρον genetivum appositivum adsciscit Pers. 495: πᾶν ῥέεθρον ἁγνοῦ Στρύμονος. cf. Hor. Od. II, 6, 10: Galaesi flumen III, 13, 1: fons Bandusiae.

Substantivum ποταμός omnibus locis nomen eodem sibi adsumit casu. Pr. 715. 807. frg. 142. frg. 243.

8) λέπας. Ag. 285: Κιθαιρῶνος λέπας. Voci ὄρος contra nomina eodem casu apponuntur Ag. 290. Pers. 492. Homerus utitur genetivo appositivo Il. II, 603: Κυλλήνης ὄρος. ib. 829: Τηρείης ὄρος.

9) λειμών. Prom. 651: Λέρνης — βαθὺς λειμών.

Addi potest etiam Pers. 492: Βόλβης ἕλειος δόναξ, quamquam aliter etiam hunc genetivum intellegi posse ego non diffiteor (Thuc. ἡ Βόλβη λίμνη I, 58. IV, 103).

Caput II.

De genetivo possessivo.

Exempla omnia genetivi possessivi enumerare et percensere longum est atque etiam inutile. Quaecunque sermo Aeschyleus vel in hoc genere praebet aut peculiaria aut omnino notabilia, sufficiat ratione et via collecta perlustrare.

§ 1.

Initium capiam ab ea ratione qua alicui rei (urbi vel terrae) genetivus possessivus adnectitur imprimis nominum propriorum ita ut homines eam urbem, quam condiderunt vel gubernaverunt, tamquam possidere videantur. Pers. 305: νῆσον Αἴαντος. Sept. 113: πόλισμα Κάδμου. Sept. 74: Κάδμου

πόλιν. ib. 805: *Κάδμου πύργους.* Ag. 122, 254, 685, 776, 1290: *Πριάμου πόλις.* Eum. 693: *Πέλοπος ἐν τόποις.* ib. 839: *δόμοι Ἐρεχθέως.* duplex cernitur genetivus Suppl. 532: *Τεύθραντος ἄστυ Μυσῶν.*

Neque omittendum est similiter secundum casum addi earum personarum, a quibus aliquid nomen tenuit: Pers. 70: *πορθμὸς Ἀθαμαντίδος Ἕλλας.* 713: *Ἕλλης πορθμός.* 790. 864: *κόλπος Ῥέας* Pr. 835.

Sed ut ad praecedentia illa redeam, pari consilio dicit poeta Sept. 1: *Κάδμου πολῖται,* cives, qui quasi sunt Cadmi, honoris causa ita adloquitur Eteocles. Eum. 1021: *Παλλάδος ἀστοῖς.*

Pariter Minerva dicit Athenienses Eum. 846: *τοὺς ἐμοὺς ἀστούς.* ib. 752: *τῷ σῷ στρατῷ.* — Quapropter notiones similes atque illae genetivo nominis deorum adjunguntur quo appareat rem dis esse sacram vel defendi eorum tutela. Suppl. 179: *πάγον — τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.* Suppl. 538: *τᾶς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν.* Pers. 205: *ἐσχάρα Φοίβου.* 345: *πόλις Παλλάδος θεᾶς* Eum. 79, 762, 995. Eum. 10: *ἀκτὰς ναυπόρους τὰς Παλλάδος.* Ag. 272: *Ἀθῷον αἶπος Ζηνός.* Ch. 1033: *Λοξίου πέδον.* Pers. 737: *Βόσπορον ῥόον θεοῦ.* Schol. M.: *διὰ τὸ ἱδρῦσθαι αὐτόθι Διὸς ἱερόν, ὡς Μνασέας.* Eum. 842: *ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι.* Sunt haec verba Minervae ad Athenas pertinentia. Sept. 103: *προδώσεις, παλαίχθων | Ἄρης, τὰν τεάν* — vide adnot. Schol. M. — cf. Eum. 24: *Βρόμιος ἔχει τὸν χῶρον.*

Articulo, quod maximum est, genetivus talis possessivus nequaquam est praeditus, quam ob rem egregie Suppl. 538, ubi *τᾶς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν* tradita est scriptura, Hermannus emendavit *τὰν Ἀφροδίτας.*

§ 2.

Orationi Aeschyleae eximia deinde inest vocis *Ἐρινύς* vel similium ejusdem generis cum genetivo possessivo conjungendae consuetudo. Cuivis enim homini quasi suae sunt addictae furiae quae vindices eorum quae perpetrant homines facinorum divinitus sint constitutae (v. O. Mueller ad Eum.

p. 165). Sed singula videamus: Sept. 70: *Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενής*. Sept. 863: *κάρτα δ' ἀληθῆ πατρὸς Οἰδιπόδα πότνι' Ἐρινὺς ἐπέκρανεν*. Sic verba conjungenda sunt. Eodem modo Sept. 683: *μελάναιγις οὐκ ‖ εἶσι δόμων Ἐρινὺς* genetivus *δόμων* jungendus est cum *Ἐρινύς*. Quod ni fit genetivus non habet quo explicetur. Multo vero aptior evadit sententia si lenissima mutatione scribimus *ἔστι*, ut genetivus *δόμων* praedicativus esse videatur. Exstat enim exemplum gravissimum: Eum. 1020: *σπονδαὶ — ἔνδαιδες οἴκων* (Hermannus: „pax — in sedibus sc. esto") confer infra II. Paullo aliter res se habet Sept. 706: *πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινὺν* „furia a patre invocata" Schol. M.: *ἣν ἐπηύξατο Οἰδίπους τελέσαι τὰς ἀράς*.

Κύνες saepius vocantur Dirae. cf. Eum. 244: *τετραυματισμένον γὰρ ὡς κύων νεβρὸν ‖ πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκματεύομεν*. Eur. El. 1342: *κύνας τάσδε προλιπών*. Hesych. *Κύων. — οἱ δὲ τὴν Ἐρινύν.* — Ch. 917: *φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας*. Schol. M.: *τὰς Ἐρινύας*. Ch. 1051: *αἵδε μητρὸς ἔγκοτοι κύνες*.

Ἀραί. (Dirae ipsae se *Ἀράς* appellant Eum. 413: *Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὑπαὶ κεκλήμεθα*.) juxta *Ἐρινύς* est positum Sept. 70: *Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενής*.

Ita etiam contingit ut „imprecatio" quam quis fecit ad *προσωποποιίαν* accedens idem fere valeat atque *Ἀρά* et *Ἐρινύς* (Schol. M. ad Ch. 394: *ἀνειδωλοποιεῖ τὰς ἀράς*). Sept. 678: *φίλου γὰρ ἐχθρά μοι πατρὸς τελεῖ ἀρά*. Sept. 815: *ὦ μέλαινα καὶ τελεία γένεος Οἰδίπου τ' ἀρά*. Brunckium secutus duo genetivos mihi persuadeo conjungendos esse cum nominativo, ita ut is alio sensu ad priorem (*γένεος ἀρά* = imprecatio, qua genus devotum est) alio sensu pertineat ad posteriorem (*ἀρὰ Οἰδίπου* = imprecatio quam dixit Oedipus). Hermannus attulit illius explicationis firmandae causa Eur. Phoen. 1605: *ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου καὶ παισὶ δούς*. cf. adn. Scholiastae M. Memoranda porro sunt: Sept. 870: *αἰαῖ δ' ἀντιφόνων θανάτων ἀραί* (i. e. „quae fratribus mortem parabant"). Ch. 673: *ὦ δυσπάλαιστε τῶνδε δωμάτων ἀρά* exsecra-

tio Thyestis pertinens per omne Pelopidarum genus, cujus numen dicitur nunc *Ἐρινύς* nunc *ἀλάστωρ*“ Klausenus.

Ejusdem ordinis censenda erunt vocabula: *ἀλάστωρ*[1]) „deus vindex qui homines scelestos persequitur et agitat“. Ag. 1463: *ὁ παλαιὸς δριμὺς ἀλάστωρ* || *Ἀτρέως χαλεποῦ θοινατῆρος*. Translate de eo ipso quem petit divina vindicta, dici videtur Eum. 234: *δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα.*

δαίμων numen esse vult poeta, penes quod est sors hominis. Ag. 1440: *τὸν τριπάχυιον δαίμονα — γέννης τῆσδε κικλήσκων.* ib. 1539: *δαίμονι τῷ Πλεισθενιδᾶν.*

His proxime accedunt loci alii quibus genetivo possessivo nomen dei alicujus adicitur qui est quasi tutor personae genetivo expressae: Pers. 927: *Ἰάνων ναύφαρκτος Ἄρης ὑπεραλκής.* Ag. 1386: *μὰ τὴν τέλειον τῆς ἐμῆς παιδὸς Δίκην = Ἄτην Ἐρινύν θ' αἷσι τόν δ' ἔσφαξ' ἐγώ*, ubi *Δίκη* est Iustitia quae Iphigeniae ultrix est addita.

§ 3.

Frequenter genetivo possessivo alicui aliquid maximopere convenire enuntiatur. Sept. 846: *ὕμνον Ἐρινύος ἰαχεῖν* i. e. „hymnus qualis a Diris solet cantari“ (cf. Ch. 462: *θεῶν* [*τῶν*] *κατὰ γᾶς ὅδ' ὕμνος.* Schol. M.: *ταῦτα τὰ ᾄσματα τοῖς κατὰ γῆν θεοῖς πρέπει καὶ οὐ τοῖς οὐρανίοις*). Multumque habet similitudinis Pers. 916: *κακομέλεον ἰάν* || *Μαριανδυνοῦ θρηνητῆρος πέμψω.* Sept. 848: *Ἀίδα τ' ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν* (perquam opportune potest comparari Eur. Suppl. 773: *Ἅιδου μολπαί.* El. 143: *ἰακχὰν μέλος Ἀΐδα — Ἀΐδα, πάτερ, σοὶ κατὰ γᾶς ἐνέπω γόους*). Consideranda sunt denique Ag. 623: *πρέπειν λέγειν παιᾶνα τόνδ' Ἐρινύων.* Ag. 9952: *ὑμνῳδεῖ* || *θρῆνον Ἐρινύος.* Suppl. 21: *ἱκετῶν ἐγχειριδίοις ἐριοστέπτοισι κλάδοισι.* Schol. M.: *τοῖς ἱκετηρίοις θαλλοῖς.* cf. ib. 182: *λευκοστεφεῖς* | *ἱκετηφίας, ἀγάλματ' αἰδοίου Διός, σεμνῶς ἔχουσαι.*

---

1) cf. Eur. Phoen. 1550 et quae ibi adnotat Schol. — Soph. O. C. 788. Tr. 1092. Blomf. ad Pers. gloss. 362.

§ 4.

Ad Homeri similitudinem et imitationem adspirare Aeschylum quum multis rebus perspectum habemus tum eo quod substantiva quaedam (*μένος*, *βία*, *σθένος* etc.) conjungit cum genetivo aliorum substantivorum, praecipue nominum propriorum, qua ratione ea persona sive res, quae genetivo est expressa, per laudatoriam quandam circumlocutionem reddatur. Sed quum ejusdem circumlocutiones apud Homerum definitam aliquam habeant regionem, cujus quasi terminis septae teneantur, terminos hos mirum quantum propagavit Aeschylus. Eae autem locutiones, quas quin ex Homero desumpserit non dubium est, quamquam ne in ceteris quidem fabulis desiderantur, saepissime tamen reperiuntur in fabula Thebana.

Et primum quidem solennis in hoc genere usurpatio est substantivi

βία (apud Homerum vicies inservit istiusmodi circumlocutioni). Sept. 431: *ἀνὴρ — αἴθων τέτακται λῆμα Πολυφόντου βία*. ib. 624: *τοιαῦτ' ἀυτεῖ — Πολυνείκους βία*. ib. 560: *καὶ τὸν σὸν αὖθις προσμόραν ἀδελφεόν — Πολυνείκους βίαν — καλεῖ*. ib. 522: *λέγοιμ' ἂν ἄνδρα σωφρονέστατον ἀλκήν τ' ἄριστον, μάντιν, Ἀμφιάρεω βίαν*. ib. 554: *βάζει πολλὰ Τυδέως βίαν*. ib. 603: *φῶτα, Λασθένους βίαν, ἀντιτάξομεν*, ubi adnotat Schol. M.: *περιφραστικῶς τὸν Λασθένη τὸν ἰσχυρόν*. Ch. 637 pro — *Αἰγίσθου διαι* Hermannus conjecit — *Αἰγίσθου βίαν*. Ceterum de variis ad hunc versum excogitatis conjecturis v. ejus adnotationem. Praeterea locus dignissimus est quem nominemus Ch. 886: *τέθνηκας, φίλτατ' Αἰγίσθου βία*, nam perinde ac si sequatur nomen ipsum (masculini generis), afficitur ejus genere tota circumlocutio. In margine codicis M. hoc scholion est: *ἀντὶ τοῦ ὦ Αἴγισθε* v. Pers. ad Eur. Hec. 293. Apud Homerum quidem, nisi vero huc pertinet Il. III, 105: *ἄξετε δὲ Πριάμοιο βίην, ὄφρ' ὅρκια τάμνῃ αὐτός*, non adjectiva sed participia tantum in hunc modum nominis proprii genus adsciscunt [1]).

---

1) cf. C. **Weidenkaff**, Progr. Viteberg. gymn. 1870, pag. 3.

σϑένος. Eum. 295: *οὔτοι σ' Ἀπόλλων οὐδ' Ἀϑηναίας σϑένος | ῥύσαιτ' ἄν.* Neque minus circumlocutionem loco nominis proprii usurpari judico Pr. 430: *Ἄτλαντος ὑπέροχον σϑένος κραταιόν.* Eadem ratione atque genetivus pronomen possessivum aptum est quod exprimat pronominis personalis personam secundam Eum. 87: *σϑένος δὲ ποιεῖν εὖ φερέγγυον τὸ σόν* (*σϑένος τὸ σόν* idem valet atque *σύ*).

μένος metaphorice per periphrasin describit fluvium Suppl. 543: *ὄντ' ἐπέρχεται Τυφῶ μένος ὕδωρ τὸ Νείλου* (cf. Soph. Tr. 507: *ὁ μὲν ἦν ποταμοῦ σϑένος — Ἀχελῷος*). — Haec quoque circumloquendi ratio in memoriam revocat Il. XVIII, 607. XXI, 195, 356: *καίετο δ' ἲς ποταμοῖο ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν.* — Alia est translatio Ch. 1073: *ποῖ καταλήξει μετακοιμισϑὲν μένος ἄτης.*

κράτος. Eum. 27: *Ποσειδῶνος κράτος || καλοῦσα καὶ τέλειον ὕψιστον Δία* (Minerva vocatur Sept. 120: *ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος* „robus amans pugnae", ut bellicosam eam esse significetur).

ἰσχύς. Sept. 1059: *μετὰ γὰρ μάκαρας καὶ Διὸς ἰσχὺν | ὅδε Καδμείων ἤρυξε πόλιν;* cum genetivo rei hoc sensu jungitur illa vox: Pers. 149: *ἢ δορυκράνου λόγχης ἰσχὺς κεκράτηκεν.* — Haud aliter dictum est Ag. 274: *ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος* (ubi tamen *ἰχϑῦς* suspicatus est Ahrensius) — atque Sept. 469: *τέταρτος ἄλλος — Ἱππομέδοντος*

σχῆμα καὶ μέγας τύπος conf. adn. Schol. M. — Blomf. gloss. 484.

Sed non solum corporis bona quibus habitus et figura alicujus efferuntur, personam, de qua agitur, quasi per ambitum verborum enuntiant verum etiam artes animi Pr. 380: *ἔστ' ἂν Διὸς φρόνημα λωφήσῃ χόλου.* Ag. 560: *χάρις τιμήσεται Διὸς τόδ' ἐκπράξασα.* Pr. 901: *μηδὲ κρεισσόνων | ϑεῶν ἔρως* (= *ϑεοὶ ἐρῶντες*) *ἄφυκτον ὄμμα προσδράκοι με.* Huc etiam referas Suppl. 57: *ἀκούειν ὄπα τᾶς Τηρεΐας μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου.* Schol. M.: *Τηρείας μήτιδος κατὰ περίφρασιν τοῦ Τηρέως.* Nam ita locum difficilem aptissime explicari contenderim [1]).

---

1) „Contortum et perversum est quod quidam voluerunt, Philomelam

Vix est quod moneam proximam huic circumlocutionis rationi eam maxime esse, ut nomine, quod genetivo adjunctum est, adjectivi alicujus notio praedicetur et tollatur, id quod collustrari potest paucis locis his Pr. 7: *παντέχνου πυρὸς σέλας | θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν.* cf. Il. XIX, 375: *ὡς δ' ὅτ' ἂν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανήῃ | καιομένοιο πυρός.* Pind. Pyth. III, 39: *σέλας δ' ἀμφέδραμεν | λάβρον Ἀφαίστου.*

Et sane sensu non dissimili dicitur: Pers. 540: *αἱ — Περσίδες ἀνδρῶν ποθέουσαι ἰδεῖν ἀρτιζυγίαν* i. e. *τοὺς νεοζυγεῖς ἄνδρας.* Ag. 911: *μήτις πρόσωθεν ὄμματος βάλοι φθόνος = ὄμμα τι φθονερόν.* frg. 192: *κάματον ἵππων — ἀναπαύει.* Pers. 743: *πολὺς πλούτου πόνος | οὑμός* „divitiae labore partae" vide infra. cf. Ag. 54: *δεμνιοτήρη | πόνον ὀρταλίχων* v. i. — Non minus huc quadrare arbitror: Pers. 375: *ἐπεὶ δὲ φέγγος ἡλίου κατέφθιτο καὶ νὺξ ἐπῄει.* Eum. 1007: *καὶ τὸ φέγγος ὁρμάσθω πυρός. κύκλος* α) de sole Pers. 502: *φλέγων γὰρ αὐγαῖς λαμπρὸς ἡλίου κύκλος | μέσον πόρον διῆκε.* Pr. 91: *παμμῆτόρ τε γῆ καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ.* ubi adscripsit Schol. M.: *ἤλλαξε τὴν φράσιν* β) de scuto Sept. 472: *ἀσπίδος κύκλον λέγω.* — Atque ut redeam ad personas, hasce enumerem locutiones:

χλιδαί. Suppl. 970: *καὶ παρθένων χλιδαῖσιν εὐμόρφοις ἔπι || πᾶς τις παρελθὼν ὄμματος θελκτήριον || τόξευμ' ἔπεμψεν,* ubi animadvertas velim adj. *εὐμόρφοις* non genetivo, quo delebat, sed dativo esse additum. Simili orationis specie adhibuit poeta: *παρθενία* Pr. 896:

ταρβῶ γὰρ ἀστεργάνορα παρθενίαν εἰσορῶσ' Ἰοῦς γάμῳ δαπτομέναν.

σέβας. Qua voce personae per ambitum denotantur Pr. 1092: *ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας.* Eum. 867: *ἀλλ' εἰ μὲν ἁγνόν ἐστί σοι Πειθοῦς σέβας.* conferenda sunt Soph. O. R. 830: *ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας.* Phil. 1289: *ἀπώμοσ' ἁγνὸν Ζηνὸς ὑψίστου σέβας = Ζῆνα σεβάσμιον.* Suppl. 721: *τριαίνας τάσδε καὶ θεῶν σέβη δείσαντες* quum numeri pluralis *σέβη* aliud exemplum reperiri non possit neque conveniat sententiae et *ἕδη* (Coning-

dici μήτιδος οἰκτράν („miserandam ob prudentiam") Hermannus. Ceterum pro μήτιδος Burgesius conjecit Ἀτθίδος.

tonus) et *στέφη* (Nauckius) conjecerunt viri docti. — In universum de personis *σέβας* dicitur Eum. 536: *τοκέων σέβας οὐ προτίων* de re frg. 134: *σέβας δὲ μηρῶν ἁγνῶν οὐκ ἐπῃδέσω.*

Postremo alia quaedam substantiva periphrasi inservientia non sunt praetereunda. Imprimis enim corporis partes in hunc modum adhibentur.

κάρηνον. (Hom. Il. IX, 407. XI, 158, 500. XXIII, 260. Od. X, 521. XI, 29. Sophocles, apud quem *κάρηνον* plane desideratur, utitur verbo *κάρα* sive adjectivo sive genetivo possessivo adjecto Ant. 1, 899, 915. O. R. 40, 950, 1207, 1235. O. C. 321, 1657, 1631. El. 1164). Aeschylus hoc substantivo absolute usurpato personam circumloqui videtur Ch. 384: *κάρανα δαΐξας.* Schol. M.: *τὰ τοῦ οἴκου ἄκρα. λέγει δὲ τοὺς περὶ Αἴγισθον.* Ac ne *κάρα* quidem umquam occurrit cum genetivo possessivo. Aut enim loco ejus pronomen possessivum ponitur aut adj. *φίλον.* Ag. 1586: *οὔ φημ' ἀλύξειν ἐν δίκῃ τὸ σὸν κάρα ‖ δημορριφεῖς, σάφ' ἴσθι, λευσίμους ἀράς.* 869: *νῦν δέ μοι, φίλον κάρα, ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε.* Ch. 221: *σαυτῆς ἀδελφοῦ συμμέτρου τῷ σῷ κάρᾳ.* ib. 443: *ἆρ' ὀρθὸν αἴρεις φίλτατον τὸ σὸν κάρα.*

στόμα. Pr. 1032: *ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται στόμα τὸ Δῖον, ἀλλὰ πᾶν ἔπος τελεῖ.*

ὄμμα cum adjectivo genetivi possessivi vicem obtinente (vide infra pag. 19). Pr. 653: *ὡς ἂν τὸ Δῖον ὄμμα λωφήσῃ πόθου* (cf. etiam Ch. 230: *ὦ τερπνὸν ὄμμα*). de nocte Pers. 426: *ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο.* Schol. M.: *ἕως ἡ νὺξ ἐπιγενομένη.* cf. Eur. Iph. Taur. 110: *ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ.*

Rarissimus porro et singularis est modus vocis *πώγων* Ag. 293: *πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει φλογὸς μέγαν πώγωνα — φλέγουσαν* (de flamma), ubi quam arcte sint connexa genetivus et nomen regens, ita ut unam efficiant notionem, feminino genere participii *φλέγουσαν* perspicitur; et optimo jure advocari potest, quod supra memoravimus. Ch. 886: *ὦ φίλτατ' Αἰγίσθου βία.* Haud aliter Ag. 738: *θράσος μελαίνας μελάθροισιν ἄτας, εἰδομέναν τοκεῦσιν.* cf. intpp. — Minus notabilis est circumlocutio Sept. 547:

τριχὸς δ' ὀρθίας πλόκαμος ἵσταται. Schol. M.: *κατὰ περίφρασιν ἡ θρίξ.* — *φύσις* Suppl. 479: *μορφῆς δ' οὐχ ὁμόστολος φύσις* cf. Abresch. adn. a. h. l.

Hoc in genere circumloquendi, ut rem plene cumulateque perficiam, non neglegendum est *δέμας*, etsi Aeschylus nusquam adjungit genetivum possessivum sed aut adjectivum usurpat pro eo positum (v. infra p. 20) Eum. 84: *καὶ γὰρ κτανεῖν σ' ἔπεισα μητρῷον δέμας* aut pronomen possessivum Pr. 147: *σὸν δέμας εἰσιδοῦσαν πέτραις προσαναινόμενον.* 1017: *κρύψει δέμας τὸ σόν.* 1050: *ῥίψειε δέμας τοὐμόν.* cf. Soph. Ant. 945. Tr. 908. O. C. 1550. Homerus hoc substantivum numquam ad circumlocutionem adhibet.

At illius denique usus Homerici, quo dicitur *κοῦροι Ἀχαιῶν*, *υἷες Ἀχαιῶν* unum tantum legi exemplum apud Aeschylum Pers. 400: *παῖδες Ἑλλήνων.* De periphrasi quam faciunt voces *πέδον*, *πλάξ*, *οὖδας* etc. copiosius erit disputandum infra in adn.

§ 5.

Saepissime Aeschylus adjectivis a nominibus et propriis et appellativis deductis utitur pro genetivo possessivo (Hunc loquendi morem ne a subjectivo et objectivo quidem genetivo alienum esse infra videbimus p. 29 et 34). Sed non satis de hac re disseruisse mihi videntur viri docti, quamvis nonnulla utilia dispersa sint in notis et commentariis.

Et primum quidem adjectiva ex nominibus propriis ficta recenseamus [1]): Frequenter primum et adsidue exstat adj.:

---

1) De Homerico talium adjectivorum usu haud fuerit ineptum quaerere: a) decies ea apponuntur substantivo βία, quod periphrasi (v. p. 15) inservit α) ter in Odyssea ac tantummodo in libro XI. v. 290, 296, 601. β) septies in Iliade II, 658, 666. IV, 386. V, 638. XI, 690. XV, 640. XIX, 98. b) undecies rebus quam quis possidet, adiciuntur: Od. XVIII, 353: Ὀδυσήϊον ἐς δόμον ἥκει. Il. XVIII, 60, 441: δόμον Πηλήϊον. Il. II, 506: ἄλσος Ποσιδήϊον. X, 326: νῆ' Ἀγαμεμνονέην. XXIII, 295: Αἴθην (sc. ἵππον) τὴν Ἀγαμεμνονέην. ib. 525: ἵππου τῆς Ἀγαμεμνονέης. Od. XI, 634: Il. V, 741: Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου. Il. II, 54: Νεστορέῃ παρὰ νηΐ Πυλοιγενέος βασιλῆος. Il. XI, 597: Νηλήϊαι ἵπποι. c) vocibus υἱός atque ἄλοχος adduntur: Αἴας,

Δῖος: Pr. 618: *βούλευμα μὲν τὸ Δῖον, Ἡφαίστου δὲ χείρ.* ib. 653: *τὸ Δῖον ὄμμα.* ib. 1032: *στόμα τὸ Δῖον.* Suppl. 41: *Δῖον πόρτιν.* ib. 560: *ἕρμα Δῖον.* ib. 621: *Δῖον ἐπιδόμενοι πράκτορά τε σκοπὸν | δυσπολέμητον.* ib. 301: *τίς οὖν ὁ Δῖος πόρτις.* ib. 1024: *φρένα Δίαν.* — *οἶκοι Ἀγαμεμνόνιοι* Ch. 854. *γένος Αἰγύπτιον* Suppl. 780. *βίον Δημήτριον* frg. 41, 5. *Τηρεΐα μῆτις* (v. supra pag. 16) Suppl. 56. *Γοργείοισιν εἰκάσω τύποις* i. q. *Γοργόνος τύποις* Eum. 49. Ita etiam dicit poeta: Pr. 574: *ὦ Κρόνιε παῖ* (v. Pind. Ol. II, 13: *ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας*). ib. 588: *κόρης τῆς Ἰναχείας.* frg. 169: *Λητῴα κόρη* (Soph. El. 570: *Λητῴα κόρη*). Pr. 703: *σύ τ' Ἰνάχειον σπέρμα* (de locutione *Ἀδαμαντὶς Ἕλλα* Pers. 71 v. infra p. 26). Ag. 1461: *Ἀγαμεμνονίαν εἶναι μ' ἄλοχον.* Quare nisi forma obstaret, haberet quo commendaretur Ag. 83: *σὺ δὲ Τυνδαρέα | θύγατερ.* Probatur plerisque editoribus *Τυνδάρεω.* — His exemplis subjungantur (v. p. 18) Suppl. 837: *Σαρπηδόνιον χῶμα.* Sept. 990: *Καδμεία πόλις.* Eum. 1004: *χθὼν Θησηΐς.* Ag. 270: *Ἑρμαῖον λέπας* „Mercurialis i. e. Mercurio sacer". frg. 155: *Ἐρέχθειον πέδον* (cf. Meinekii vind. Strab. p. 199). Neque omitti debent: Pr. 369: *ἰπούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο.* Suppl. 252: *ἐκ πέρας Ναυπακτίας.* Pers. 942: *ἀκταὶ Σαλαμίνιαι.* ib. 309: *Νεῖλος Αἰγύπτιος.* Ag. 272: *Ἀθῷον αἶπος Ζηνός.* ib. 542: *Ἰδαία χθών.* ib. 1114: *Ἀχερούσιοι ὄχθαι.* Erat igitur quod Hermannus Ch. 352 pro *Τρωΐας τείχεσι* scriberet *Τρωΐοις τείχεσι.* frg. 27: *Εὐβοΐδα καμπήν* (de forma ad-

---

Τελαμώνιος υἱός. Il. XI, 563, 591. XIII, 67. XVII, 284. ib. 115: (Αἶαν παῖ Τελαμῶνος XI, 553). Frequentissime vero longe in usu est Τελαμώνιος Αἴας voce υἱός omissa: Il. II, 528, 768. IV, 473. V, 610, 615. VI, 5. VII, 224, 234, 283. IX, 644. XI, 465. 526. XII, 349, 362, 364, 370, 378. XIII, 76, 321, 702. XIV, 409, 511. XV, 471, 560, XVI, 116. XVII, 628, 715. XXIII, 708, 722, 811 (cf. Soph. Ai. 134: Τελαμώνιε παῖ). — Τεῦκρος, Τελαμώνιος. Il. VIII, 281. XII, 370. XIII, 170. XV, 462. — Φιλοκτήτην, Ποιάντιον ἀγλαὸν — υἱόν Od. III, 190. Νηληΐῳ υἷι ἐοικώς Il. II, 20. (Ἀντίλοχος Νηλήϊος voce υἱός non addita Il. XXIII, 514.) ἄλοχος. — Od. III, 264: Ἀγαμεμνονέην ἄλοχον Aesch. Ag. 1461 — v. supra. — Ἀγαμεμνονίαν εἶναι μ' ἄλοχον). Il. XIV, 317: Ἰξιονίης ἀλόχοιο.

jectivi v. Lob. ad Phryn. p. 59 seqq.). Ag. 298: Ἰδαίου πυρός. 542: Ἰδαία χιών.

Ex adjectivis a nominibus appellativis derivatis, quae genetivi possessivi vim induerunt, imprimis sunt commemoranda haec Pr. 130: πατρῴας μόγις παρειποῦσα φρένας. Ch. 431: κλύεις πατρῴους δύας ἀτίμους. Schol. M.: τοὺς τοῦ πατρός σου. Ch. 432: λέγεις πατρῷον μόρον. Eum. 84: μητρῷον δέμας (cf. pag. 19). ib. 228, 257: αἷμα μητρῷον (τὸ μητρὸς αἷμα Eum. 643). ib. 320: ματρῷον ἅγνισμα κύριον φόνου. — Ag. 216: αἰὼν παρθένειος. — Ch. 35: γυναικείοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πίτνων. — Pers. 587: βασιλεία | γὰρ διόλωλεν ἰσχύς. 68: ὁ περσέπτολις — βασίλειος στρατός. Grande exemplum legitur Ch. 705: ἀκτὴ χώματος, ἣ νῦν ἐπὶ ναυάρχῳ | σώματι κεῖσαι τῷ βασιλείῳ. Ch. 944: δεσπόσυνοι δόμοι [1]). Ag. 792: ἅδην ἔλειξα αἵματος τυραννικοῦ. Ch. 466: τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς (vide infra) θανών. Schol. M.: οὐχ ὡς βασιλεῖ πρέπει ἀλλ' ἀδόξως. Ag. 386: ᾔσχυνε ξενίαν τράπεζαν (cf. etiam Ch. 907: εἰς δόμους δορυξένους). Gravissimum est Sept. 831: διδυμανορέα κάκ' αὐτοφόνα [2]) = διδύμων ἀνδρῶν αὐτοφόνων κακά.

Jam vero ut finem faciam hujusmodi adjectiva pro genetivo possessivo posita enumerandi, proferenda sunt denique ea quae genetivo rei respondent: Pers. 388: νησιωτὶς πέτρα. ib. 425, 465: πελαγίαν ἅλα. ib. 458: τοξικὴ θῶμιγξ. Sept. 375: ὄχθαι ποτάμιαι. Ag. 22: ἡμερήσιον φάος. Ch. 548, 558: ἕρκειοι πύλαι. ib. 634: θύρα ἑρκεία. Eum. 178: μαντικοὶ μυχοί. Pr. 429: οὐράνιος πόλος. ib. 433: πόντιος κλύδων. 837: πόντιος μυχός. — 1018: πετραία ἀγκάλη = τὸ ἀπόρρηγμα καὶ κοίλωμα τῆς πέτρας (cf. Ch. 573: πόντιαι ἀγκάλαι).

§ 6.

Sequitur ut quaeramus quatenus Aeschylus usurpet pronominum possessivorum loco genetivum pronominum personalium quae dicuntur.

---

1) Hom. Od. XV, 397: ὕεσσιν ἀνακτορίῃσιν.

2) Juvat hic in memoriam revocare illud Sophocleum: δισσαῖς στρατηγίσιν πύλαις Ai. 49 „geminorum ducum portis".

a) α) Primae personae singularis possessivum pronomen ἐμός quum occurrat 153ies (Accedit etiam ἁμός locis septem: Sept. 400, 637. Ch. 416, 425. Suppl. 99, 309. Eum. 436) [praeterea — v. infra — octies genetivi objectivi partes suscipit Pr. 392: θρῆνος οὑμός. Pers. 690: τὴν ἐμὴν αἰδῶ μεθείς. ib. 1017: στέναζ' ἐμὴν χάριν. Ag. 1276: θρῆνον ἐμὸν τὸν αὐτῆς. Ag. 1278: τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις. — 1279: φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς difficillimo loco ac prope desperato. deinde Eum. 91: ποιμαίνων — ἐμὸν ἱκέτην. postremo — vide infra — adjectivum relativum appositum est Ch. 532: μαστὸν — ἐμὸν θρεπτήριον] genetivus ἐμοῦ omnino viginti sex locis invenitur, enclitica forma μοῦ praeterea locis uno et viginti. Verum genetivus ille ἐμοῦ quindecies aptus est ex propositionibus et adverbiis (Pers. 527. Ag. 335, 1222, 1272. Ch. 164. Eum. 851, 864. Suppl. 261. Pr. 234, 469, 505, 698, 913, 987. frg. 333), cum verbis conjunctus est bis (Ag. 1277. Pr. 377) cum adjectivo semel Suppl. 242. — objectivus est Ag. 1215. Pr. 169, comparativus Ch. 211. Eum. 833, 864. Suppl. 957, absolutus Pr. 217. Relinquitur igitur locus unus [namque Suppl. 952: ἐμοὶ δ' ὀπαδοὺς τούσδε καὶ δορυσσόους || ἔταξαν, quod scripserunt Herm. et Dind. ἐμοῦ δ' nullo modo esse ferendum quivis concedet (M. ἐμοὺσ, σ in δ' mutato.)] Suppl. 468: μηδ' ἀπορριφθῇ λόγος | ἐμοῦ. Schuetzius: „nec temere effutiatur sermo meus". At regem timere ne homines se objurgent et criminationibus circumveniant luce est clarius. Continuo enim sequuntur verba: κατ' ἀρχῆς γὰρ φιλαίτιος λεώς quae verba, ἐμοῦ si esset gen. poss., neque commodum omnino praeberent sensum neque cum praecedentibus verbis cohaererent. ἐμοῦ igitur quin sit gen. obj. ac Stanleius recte reddiderit „neque proiciatur verbum de me" equidem non dubito. Nihil autem hic gen. obj. habet offensionis (v. infra p. 32). Ag. 609: αὐτοῦ ζῶντος ἢ τεθνηκότος φάτις ἐκλήζετο. ib. 312: φθογγὰς συμφορᾶς διπλῆς. Imprimis Pr. 731: λόγος μέγας | τῆς σῆς πορείας. Soph. Ai. 998: ὀξεῖα γάρ σου βάξις. 220: ἀνέρος αἴθοπος ἀγγελίαν. Ant. 11: μῦθος φίλων. De locutione λόγον ἀπορρίπτειν cf. Pind. Ol. IX, 35:

ἀπό μοι λόγον τοῦτον στόμα ῥῖψον. Pyth. VI, 37: *χαμαιπετὲς δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέρριψεν.* Her. IV, 142: *ταῦτα μὲν δὴ Σκύθῃσι ἐς Ἴωνας ἀπέρριπται.* VIII, 92: *Ὁ Πολύκριτος ἀπέρριψε ἐς Θεμιστοκλέα.*

Formam *ἐμοῦ* jam est manifestum nullo loco apud Aeschylum habere vim possessivam.

Forma enclitica *μοῦ*, quae omnino semel et vicies legitur, tredecim locis connexa est cum verbis (audiendi Pers. 631, 637. Ch. 133. Suppl. 234, 950, ubi Herm. *μοι*, Pr. 474, 616, 822. frg. 92. — curandi Pr. 628 cedendi frg. 15. temptandi Ag. 1355. per tmesin [v. infra]. Pr. 134: *ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ*) semel cum praepositione Eum. 101. Praeterea absolutus, qui vocatur, genetivus est statuendus Sept. 897: *ἐκ φρενὸς, ἃ κλαομένας μου μινύθει.* „ex animo qui intabescit me lacrimante". — Inter se compositi dicantur porro loci hi: Suppl. 750: *κελαινόχρως δὲ πάλλεταί μου καρδία.* Pers. 114: *ταῦτά μου μελαγχίτων φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ.* Ch. 401: *σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦται πρὸς ἔπος κλυούσᾳ.* Primo loco *μου* nullo pacto posse ferri intellexerunt Dindorfius et Hermannus (vide ejus adn.); pugnat enim cum metro. Altero loco idem docti viri non solum sed etiam Schillerus et Teuffelius (Blomf.) scripserunt *μοι.* Tertio denique egregie restituit *μοι* Schuetzius. (Dativum in hac dicendi figura Aeschylo probari docet etiam Ch. 398: *πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ. τόνδε κλύουσαν οἶκτον*). — Pers. 894: *λέλυται γὰρ ἐμῶν γυίων ῥώμη τήν δ' ἡλικίαν ἐσιδόντ' ἀστῶν* Schuetzius *ἐμοὶ*, quod in Guelf. quasi glossa supra scriptum est, refinxit pro *ἐμῶν.* — Neque minus Ag. 439: *μένει δ' ἀκοῦσαί τί μου μέριμνα νυκτηρεφές* plane adstipulor Engero, qui scripsit *μοι*, quod ad sensum commodissimum est. Accedit quod hoc in genere dativo utitur Aeschylus velut Eum. 876: *τίς δέ μοι τιμὴ μένει;* Suppl. 418: *παισὶ τάδε καὶ δόμοις — μένει δορὶ τίνειν ὁμοίαν θέμιν.* Suppl. 385: *μένει τοι Ζηνὸς ἱκταίου κότος | δυσπαραθέλκτοις παθόντος οἴκτοις* (cf. Schol. M.) praecipue Sept. 878: *μενεῖ | κτέανά τ' ἐπιγόνοις* v. Schol. M. Ceteroquin velim conferatur Pers. 165: *ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστιν ἐν φρεσί, μήτε — σέβειν.* Eum. 493:

πολλὰ δ' ἔτυμα παιδότρωτα | πάθεα προσμένει τοκεῦ | σιν μεταῦθις ἐν χρόνῳ. — His locis subductis jam duo supersunt 1) frg. 246: *φαγέδαιναν, ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός* (sed facillimam ego proponere ausim mutationem — *ἣ 'μοῦ σάρκας ἐσθίει ποδός*). et 2) Eum. 797 (769): *παλαιοὺς νόμους καθιππάσασθε κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου,* quo quidem loco *εἵλεσθ' ἐμῶν* omnino scribendum esse mihi videri non reticebo.

β) Dualis genetivus Ch. 271: *τὰς δὲ νῷν* (?) *νόσους.* Locus est corruptus. M. *νεωνόσσους,* corr. in *νῶν, νόσους. νῷν* quominus scribatur collocatione quoque impeditur (cf. Krueg. Di. 47, 9, 5). Herm.: *τὰς δ' αἰνῶν νόσους.*

γ) Pluralis genetivus *ἡμῶν* (*ἡμέτερος* octies cernitur), qui omnino decies obviam fit, ne uno quidem loco possessivus haberi potest. Namque aut praepositiones sibi adjungit (Sept. 686. Pers. 404. Ag. 999, 1511. Eum. 310. Suppl. 595) aut ex verbo est suspensus (Suppl. 722) aut partitivus est (Pers. 500) aut objectivus Ag. 1234 (*ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος*) aut denique comparativus frg. 257, 4.

b) Transeamus ad personam secundam (*σός* 69ies, *τεός* ter invenitur).

α) Genetivum singularem uno et quadraginta locis omnino legimus: *σοῦ* vicies, *σέθεν* (quod exceptis duobus locis — Suppl. 890, ubi proximum est verbo extremo et Sept. 128 in dochmiis — semper claudit versum) semel et vicies.

Sed quum genetivum pronominis prim. pers. sing. numquam fere possessivum esse habeamus intellectum, de genetivis *σοῦ* et *σέθεν* rem prorsus aliter se habere patebit: Pr. 78: *ὅμοια μορφῇ γλῶσσά σου γηρύεται.* Ag. 1052: *κλέος σοῦ μαντικὸν πεπυσμένοι ἦμεν.* Ch. 137: *τοῖς δ' ἐναντίοις | λέγω φανῆναί σου — τιμάορον,* ubi *σου* ad *ἐναντίοις* referendum esse docet Schol. M. Ag. 1353: *θαυμάζομέν σου γλῶσσαν.* Sept. 615: *τὸν αὐτοῦ σοῦ κασίγνητον* genet. est pron. reflexivi et Eum. 895: *τοιαῦτα σοὔστι* genetivus praedicative (vide infra) est positus. — Quater igitur *σοῦ* vi possessiva — magis proprie dicere non possum — praeditum esse videmus. — Saepius etiam ita usurpatur altera forma *σέθεν.* Sept. 128: *σέθεν ἐξ αἵματος γεγόναμεν.* Pers. 218: *σοί τε καὶ τέκνοις*

σέθεν. Ag. 846: *τόν θ' ὑπ' Ἰλίῳ σέθεν* ‖ *κίνδυνον*. Eum. 103: *ὅρα δὲ πληγὰς τάσδε καρδίᾳ σέθεν*, ubi tamen Hermannus praetulit — *καρδίας ὅθεν*. 226: *ὥστ' ἔχειν τιμὰς σέθεν*. Suppl. 490: *χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν*. ib. 195: *τάσδε μεμνῆσθαι σέθεν* | *κεδνὰς σφετμάς*. ib. 358: *μονοψήφοισι νεύμασιν σέθεν*. ib. 906: *σύ τ' αὐτὸς χοἱ ξυνέμποροι σέθεν*. — Contra gen. est objectivus Suppl. 778: *σεβίζον δ' ἱκέτας σέθεν* (v. pag. 34).

β) **Dualis** genetivus non exstat, nam Pr. 12 *σφῷν* est dativus.

γ) **Plurali** genetivo vero *ὑμῶν* vis possessiva fuit addenda, quoniam pronomen **possessivum** *ὑμέτερος* **plane alienum** est ab Aeschylea oratione, id quod notatu dignum est. gen. *ὑμῶν*, qui quinque omnino locis in usu est, poss. est: Pr. 1060: *μὴ φρένας ὑμῶν ἠλιθιώσῃ* (praedicative Eum. 572: *ὑμῶν ὁ μῦθος* sc. *ἐστί*). subjectivus potius est Pers. 520: *φάτις ὑμῶν*. Ceteris locis conjungitur cum praepositionibus Eum. 95, 668.

c) **Tertiae personae singularis** genetivus *ἕθεν* (*οὗ* non est Aeschyleum) uno loco est possessivus Suppl. 62: *ὤλετο πρὸς χειρὸς ἕθεν*. pronomen poss. *ὅς* exstat bis Sept. 623: *ἐποπτῆρας λιτῶν* ‖ *τῶν ὧν γενέσθαι*. Eum. 352: *ἔθνος τόδε λέσχας ἃς ἀπηξιώσατο*.

Pluralis genetivus poss. plane desideratur atque *σφέτερος* pronomen possessivum duobus tantum locis dicitur Pers.: 881: *ἐκράτυνε σφετέραις φρεσίν*. Ag. 730: *σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ*.

§ 7.

Neutrum articuli plurali numero expressum (Sept. 965 Rob. exhibet *καὶ τὸ τοῦδ' ἐνόσφισεν* quod emendavit Hermannus: *καὶ τόνδ' ἐνόσφισεν*) cum genetivo possessivo ita jungitur, ut *πράγματα* vel aliquid ejusdem generis sit intellegendum. Pers. 595: *νᾶσος ἔχει τὰ Περσᾶν*. Schol. M.: *σώματα* (Pers. 705: *διαπεπόρθηται τὰ Περσῶν πράγματα*). Pers. 990: *τί δ' οὐκ ὄλωλεν, μεγάλατε Περσᾶν* M. Vit. — Schol. M. adscripsit: *λείπει κακά· ἢ στικτέον ἐν τῷ τί δέ· εἶτα· οὐχὶ τὰ μεγάλα Περσῶν ὄλωλεν* etc. Hermannus scripsit *μεγάλως*

τὰ Περσᾶν. — Ag. 32: τὰ δεσποτῶν — εὖ πεσόντα θήσομαι. Sept. 68: εἰδὼς τὰ τῶν θύραθεν ἀβλαβὴς ἔσῃ. 176: τὰ τῶν θύραθεν δ᾽ ὡς ἄριστ᾽ ὀφέλλεται. Suppl. 580: εὖ τὰ τῶν ἐγχωρίων. Sept. 358: λέγοι μ᾽ ἂν εἰδὼς εὖ τὰ τῶν ἐναντίων. Ch. 387: ταχθονίων τε τιμαι, scripto ἐν super μ i. e. τετιμέναι M. — Schuetzius hanc scripturam servavit vertens — „quae jura mortuorum persequimini". Hermannus scripsit olim τιτηνά, postea πρότιμα. Blomf.: κλῦτε τάδε, χθονίων τύραννοι. Locum umquam posse sanari vix spes est.

Ipsa autem persona, quae genetivo indicatur, tota circumlocutione — id quod ne a reliquorum quidem scriptorum usu est alienum — denotatur his locis: Sept. 1031: ἤδη τὰ τοῦδ᾽ οὐ διατετίμηται θεοῖς — Polynices ipse apud deos fuit in honore. — Suppl. 1028: τὰ θεῶν μηδὲν ἀγάζειν. — Itaque Pers. 602: ἐν ὄμμασιν· τἀνταῖα φαίνεται θεῶν, quod debetur Blomfieldio τὰ θεῶν non adeo contemnendum esse existimo ut facit Hermannus. τὰ θεῶν si scribatur, melius certe oratio procedat sententiaque evadat dilucidior „dii ipsi adversi sunt." cf. Schol. M. a. h. l.: ἀνταῖα: ἐναντία φαίνεται τὰ θεῶν· οἷον: ἀντικειμένους ἡμῖν ὁρῶ τοὺς θεούς.

Postremo non praetereundum puto pronomina possessiva quoque addito articulo sed omisso substantivo per se poni locis tribus: Eum. 106: πολλὰ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε. frg. 133: τἀμὰ γὰρ διοίχεται. Ag. 528: τὸ σόν „quod tu modo dixisti" (cf. Blomf. gloss. ad Ag. 533).

§ 8.

Nomen proprium genetivo alius nominis proprii ita additur, ut υἱός vel θυγατήρ vel alia vox hujus generis debeamus subintellegere. Uno tamen tantum loco illius rationis reperitur exemplum Suppl. 346: Θέμις Διὸς κλαρίου. Praeterea pro genetivo patronymico adjectivum a nomine proprio deductum semel legitur Pers. 71: Ἀθαμαντὶς Ἕλλα.

§ 9.

Hisce ego rebus exempla pauca adjungam ellipsis ejus

qua δόμος vel similis vox intellegi necesse est post praepositiones εἰς et ἐν, quas sequitur genetivus possessoris (cf. Bernh. synt. p. 184). Sed cernitur apud Aeschylum nonnisi gen. Ἅιδου. — ἐν Ἅιδου Ag. 1489. Suppl. 218, 401. εἰς Ἅιδου μολεῖν Pr. 239. Contra adjectivum ubi accedit, ponitur accusativus Pr. 1028: εἰς ἀναύγητον μολεῖν ‖ Ἅιδην.

Caput III.

De genetivo subjectivo et objectivo.

I.

De genetivo subjectivo.

§ 1.

Personam sive rem, unde aliquid proficiscitur, gen. subj. designat praeter morem consuetudinemque loquendi locis his: Pr. 898: παρθενίαν εἰσορῶσ' Ἰοῦς γάμῳ δαπτομέναν | δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις πόνων „errores quos excitavit Juno". Suppl. 546: μαινομένα πόνοις ἀτίμοις ὀδύναις τε κεντροδαλήτοις θυΐας Ἥρας „dolores a Junone effecti" — Magnam cognationem cum his exemplis habent: Sept. 181: λευστῆρα δήμου δ' οὔ τι μὴ φύγῃ μόρον „nex lapidatrix quae a populo infligitur"; verumque vidit Schol. M., cum explicaret: τὸν ἐκ δήμου λευστῆρα μόρον. (Thuc. III, 40, 6: τὸν κίνδυνον ὑφορώμενοι τοῦ ὑπολειπομένου ἐχθροῦ v. ib. Class. Eodem prorsus modo declaraverim Hor. Od. II, 18, 30: rapacis Orci fine destinata = finis quam Orcus destinavit.) Pari modo in Pers. 604 legitur: τοία κακῶν ἔκπληξις ἐκφοβεῖ φρένας. Sept. 1046: φοβοῦμαι κἀποτρέπομαι δεῖμα πολιτῶν „metus quem excitant cives". (Artificiosior, quam ut mihi arrideat, Hermanni est interpretatio „aversor facere unde mihi civis timendi sint". A vero proxime abest quod explicat Schuetzius: civium minas.) Deinde nomino: Sept. 114: φόβος δ' ἀρείων ὅπλων. Recte idem Schol. M.: λείπει ἡ ὑπό. ὁ ὑπὸ τῶν Ἀρηΐων ὅπλων φόβος ταράσσει. Ag. 699: φαιδρωπὸς

ποτὶ χεῖρα σαίνων τε γαστρὸς ἀνάγκαις „necessitas, quam affert venter". 995: *ἀνάγκη τῆσδ' ἐπιρρέποι τύχης* (adj. pro gen. subj. eodem sensu positum est Pers. 585: *δασμοφοροῦσιν | δεσποσύνοισιν ἀνάγκαις* „necessitates a dominis adhibitae" cf. Eur. Andr. 132: *δεσποτῶν ἀνάγκαις*). Sept. 112: *ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν.* Schol. M.: *βοήθησον ὥστε μὴ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἅλωσιν γενέσθαι.* Eum. 457: *ἃ λουτρῶν ἐξεμαρτύρει φόνον* genetivum *λουτρῶν* hac ratione esse explicandum quis non videt? Enim vero *λουτρῶν φόνος* est „caedes balneo perpetrata" id quod testatur Ch. 478: *λουτρῶν οἷς ἐνοσφίσθης.* Facile igitur intellegitur perperam Schoemannum et Franzium pro *λουτρῶν*, quae est codicis M. lectio Scholio confirmata, corrigendum conjecisse *λουτρών.*

Quocirca Pers. 601: *ἐμοὶ γὰρ ἤδη πάντα μὲν φόβου πλέα. ἐν ὄμμασιν τἀνταῖα φαίνεται θεῶν*, nisi vero quis mavult legere quod proposuit Blomfieldus *τὰ θεῶν* cf. pag. 26: *τἀνταῖα θεῶν* ego puto esse „adversa a dis missa", neque, ut fecit Hermannus („adversa deorum mihi videntur plena metus") interpunctionis nota post *πλέα* tollenda est. cf. v. 598. De Eum. 232: *τοῦ προστροπαίου μῆνις* et ib. 497 — *κότος* — *ἐργμάτων* vide quae exposui pag. 33. ib. 959, si modo probamus Pauwii conjecturam *ποινᾶς* (pro *ποινάς*) ab Hermanno receptam, ut verba sint intellegenda: *δι' ὀργὴν τῆς ποινῆς ἁρπαλίσαι ἀντιφόνους ἄτας πόλεως*, genetivum *τῆς ποινῆς* facere non possumus quin subjectivum statuamus „ob iram quam fert ultio".

Similiter Ag. 1359: *οὗτός ἐστιν Ἀγαμέμνων, ἐμὸς πόσις, νεκρὸς δὲ τῆσδε δεξιᾶς χερός, ἔργον δικαίας τέκτονος* suo jure Kirchhoffius distinctionem post *χερός* ab Abreschio sublatam restituit. Namque duo sunt nominativi *νεκρός* et *ἔργον*, quorum uterque suum sibi habet adnexum genetivum. In ipsis illis nominativis positum est robur quoddam orationis, quod tamen ab Abreschio foede deletur. — Et profecto, quod attinet ad structuram, persimilis est dictio Sophoclea Ai. 309: *ἐν δ' ἐρειπίοις νεκρῶν ἐρειφθεὶς ἀρνείου φόνου.*

§ 2.

Singulari etiam ratione gen. subj. societatem init cum concretis substantivis qualia sunt:

σ τ ύ γ ο ς Sept. 636: ὦ θεομανές τε καὶ θεῶν μέγα στύγος, ὦ πανδάκρυνον ἁμὸν Οἰδίπου γένος. Ch. 1025: πατροκτόνον μίασμα καὶ θεῶν στύγος sc. μητέρα. ib. 751: μή νυν σὺ ταῦτ᾽ ἄγγελλε δεσπότου | στύγει. Schol. M. quidem declarat: τῷ μισουμένῳ ὑπ᾽ Ἀγαμέμνονος. Eum. 634: ὦ παντομισῆ κνώδαλα, στύγη θεῶν.

μ ί σ η μ α. Sept. 169: σωφρόνων μισήματα (de personis mulierum hoc dicitur, non appositio est ad ea quae praecedunt: αἴειν, λακάζειν ut falso explicat Schol. M. cf. paullo supra de iisdem mulieribus v. 165: θρέμματ᾽ οὐκ ἀνασχετά). Eum. 73: μισήματ᾽ ἀνδρῶν καὶ θεῶν Ὀλυμπίων, sc. Dirae. (μῖσος eodem significatu c. dat. Ag. 1365: ἄπολις δ᾽ ἔσῃ, μῖσος ὄβριμον ἀστοῖς).

σ έ β α ς. Ag. 493: Ἑρμῆν, φίλον κήρυκα, κηρύκων σέβας i. e. Mercurium, quem praecones (quum sit eorum tutor et patronus) venerantur. Cum dativo jungendum censet Blomfieldus Ch. 150: κλύε δέ μοι, κλύε σέβας (v. infra s. κλύω).

§ 3.

A d j e c t i v a a nominibus deducta genetivi subjectivi funguntur vice (cf. p. 7, p. 19 sqq., p. 33 sqq.): Suppl. 97: ὕβρις β ρ ό τ ε ι ο ς. Pers. 8: νόστος ὁ β α σ ί λ ε ι ο ς καὶ πολυχρύσου στρατιᾶς (de hac junctura v. infra adn.). Insigne est exemplum Ch. 1067: ἀνδρὸς βασίλεια πάθη. δίπαις — θρῆνος Ch. 325.

Adjectivum et genetivus deinde adjecta sunt uni substantivo etiam Ch. 489: οἴκτιρε θῆλυν ἄρσενός θ᾽ ὁμοῦ γόον (Libri γόνον, Emendavit Bambergerus). cf. Od. VI, 122: θῆλυς ἀυτή. Pers. 585: δεσπόσυναι ἀνάγκαι (v. p. 28). Sept. 28: προσβολὴ Ἀχαιίς. Pers. 97: ἱππιοχάρμας κλόνους. Ag. 389: κλόνους ἀσπίστορας = strepitus clypeatorum ib. λογχίμους τε καὶ ναυβάτας ὁπλισμούς. Pers. 277, 334: ν α ΐ ο ι σ ι ν ἐμβολαῖς. Schol. M.: προσβολαῖς.

II.

De genetivo objectivo.

Genetivi objectivi rationibus maxime pervagatis omissis quaecunque digna mihi videntur notatu speciminis loco afferam.

§ 1.

Bis substantivum, quocum gen. obj. conjunctus est, verbo respondet dativum secum habenti. Suppl. 148 [168]: ἆ Ζήν, Ἰοῦς ἰὼ || μῆνις μάστειρ' ἐκ θεῶν. Pro ἰὼ Herm. scribi jussit ἰῷ collata adnotatione Schol. M.: ἡ παρὰ τῶν θεῶν μῆνις κατὰ Ἰοῦς ᾠδῆς (ἰώδης Herm.) ἐστι καὶ μαστιγωτική. Sept. 991: Ἐτεοκλέα μὲν τόνδ' ἐπ' εὐνοίᾳ χθονὸς | θάπτειν ἔδοξε „ob benevolentiam in patriam". De Polynice dicitur paucis versibus post v. 999: ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον — ὡς ὄντ' ἀναστατῆρα Καδμείων χθονός.

§ 2.

Substantiva verbalia abstracta, quorum verba accusativum regunt, aptissime nominabuntur haec: Eum. 578: τούτου δ' οὔτις ἄρνησις πέλει. Ag. 387: κλοπαὶ γυναικός. Eum. 784: οὐκ ἀτιμίᾳ σέθεν (de Pers. 838: ἀτιμία παιδὸς — ἐσθημάτων v. infra). Eadem ratio est substantivi ἀτίμωσις Ag. 677: τραπέζας ἀτίμωσις. Ch. 423: πατρὸς ἀτίμωσις. — Sept. 191: μηχανὴ σωτηρίας. Sept. 858: δόμων ἐπὶ λύμῃ. ib. 696: λέγοιτ' ἂν ὢν ἄνῃ τις „quae perfici possunt". — Suppl. 380: γάμου δύσφρονος φυγαί. Ch. 935: δεσποσύνων δόμων | ἀναφυγὰς κακῶν cf. adnot. Eum. 991: ἀγαθῶν ἀγαθὴ διάνοια. Pers. 471: τιμωρίαν — κλεινῶν Ἀθηνῶν (ultio, quam Xerxes de Athenis sumere sibi proposuerat). Ag. 927: πολλῶν πατησμὸν εἱμάτων. Suppl. 904: ἀπολακτισμοὶ βίου στέργηθρον. Eum. 190: οἵας ἑορτῆς στέργηθρ' ἔχουσαι. Ag. 1572: λάκτισμα δείπνου „eversio jentaculi".

§ 3.

Praecipua ac propria deinde est substantivorum quorundum c o n c r e t o r u m cum gen. objectivo copulatio.

a) Ordiendum erit a substantivis neutris:

μ ε ί λ ι γ μ α „res qua quis placatur" Ag. 1393: *Χρυσηΐδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίῳ* (sc. *Ἀγαμέμνων*). Ch. 270: *τὰ — δυσφρόνων μειλίγματα* (cf. Hor. Od. I, 32, 15: o laborum Dulce lenimen. Ep. XIII, 18: Deformis aegrimoniae dulcibus adloquiis). (cf. adn. Schol. M.) juxta *θ ε λ κ τ ή ρ ι ο ν* usurpatur Eum. 868: *γλώσσης ἐμῆς μείλιγμα καὶ θελκτήριον.* — Dativus, qui est commodi, reperitur sine magno sensus discrimine Ch. 15: *χοὰς — νερτέροις μειλίγματα.* Jure comparavit Hermannus Pers. 608: *χοάς —, ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια.*

θ ε λ κ τ ή ρ ι ο ν (de adj. usu *θελκτήριος* v. infra). Ch. 651: *καὶ θερμὰ λουτρὰ καὶ πόνων θελκτήρια* „laborum lenimenta". Eum. 868. v. supra.

ἄ κ ο ς. Pers. 629: *κακῶν.* Ag. 17: *ὕπνου.* ib. 526: *πημάτων.* Ch. 64: *νυμφικῶν ἑδωλίων.* Eum. 635: *ἔστι τοῦδ' ἄκος καὶ κάρτα πολλὴ μηχανὴ λυτήριος.* ib. 965: *πολλῶν γὰρ τόδ' ἐν βροτοῖς ἄκος.* Suppl. 258: *τούτων ἄκη τομαῖα καὶ λυτήρια.* ib. 434: *πημονῆς ἄκη.*

τ ε κ μ ή ρ ι ο ν. Eum. 443: *τῶνδε.* Pr. 824: *μύθων ἐμῶν.* Suppl. 50: *τά τε νῦν ἐπιδείξω | πιστὰ τεκμήρια.* Codicis Medicei hanc scripturam *τά τε νῦν ἐπιδείξω,* quippe quae „non solum vix posset explicari sed etiam vitii argueretur tertium posito *νῦν*" Hermannus Scholiastam M. secutus mutavit in *γονέων ἐπιδείξω | πιστὰ τεκμήρια.*

τ έ κ μ α ρ. Ag. 259: *τῶνδε.* Eum. 242: *τόδ' ἐστὶ τἀνδρὸς ἐκφανὲς τέκμαρ.* Suppl. 466: *τῆσδ' ἀφίξεως.* Pr. 456: *οὔτε χείματος τέκμαρ | οὔτ' ἀνθεμώδους ἦρος οὔτε καρπίμου | θέρους βέβαιον.*

σ η μ ε ῖ ο ν. Ag. 1309: *τυραννίδος.* Suppl. 208: *τρίαιναν τήνδε, σημεῖον θεοῦ.* Suppl. 489: *κλάδους — σημεῖον πόνου.* Pr. 840: *σημεῖά σοι τάδ' ἐστὶ τῆς ἐμῆς φρενός.*

σ ύ μ β ο λ ο ν. Ag. 136: *τούτων αἰτεῖ ξύμβολα κρᾶναι.* Eodem referri debet

τίμημα. Ch. 498: *τόνδ' ἐτείνατον λόγον, τίμημα τύμβου.* — Locus est vexatissimus. (cf. Hermanni adnotationem.)

ἔργον. Ag. 1161: *ἦ καὶ τέκνων εἰς ἔργον ἤλθετον νόμῳ;*

σίνος. Ag. 539: *δρόσοι κατεψέκαζον, ἔμπεδον σίνος ἐσθημάτων, τιθέντες ἔνθηρον τρίχα.*

ἀπαιόλημα. Ch. 999: *τοιοῦτον ἂν κτήσαιτο φιλήτης ἀνήρ. | ξένων ἀπαιόλημα κἀργυροστερῆ | βίον νομίζων.* Schol. M.: *ἀπάτημα* (Hesych.: *ἀπαιόλη ἀπάτη, ἀποστέρησις. Αἰσχύλος Περραιβοῖς*) „qui fraudat". v. Blomf. gloss. ad Ch. v. 989.

ἄγρευμα. Ch. 995: *ἄγρευμα θηρός.*

βόσκημα. Suppl. 600: *μίασμα — βόσκημα πημονῆς πέλειν.*

b) Substantiva dicendi quae dicam sequantur:

φθογγή. Ag. 312: *φθογγάς — συμφορᾶς διπλῆς.* — *φάτις* Ag. 609: *αὐτοῦ ζῶντος ἢ τεθνηκότος || φάτις — ἐκλῄζετο.* — *ἐπῳδή* Eum. 639: *τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατήρ.* Simili ratione — *λιταί* c. gen. obj. Sept. 196: *ἤρθην φόβῳ πρὸς μακάρων λιτάς.* — *λόγος* Pr. 731: *ἔσται δὲ θνητοῖς εἰσαεὶ λόγος μέγας | τῆς σῆς πορείας.* De loco Suppl. 468: *μηδ' ἀπορριφθῇ λόγος | ἐμοῦ,* ubi *ἐμοῦ* gen. obj. ego statuo, sat multa dixi supra pag. 22 [1]). Hinc fit, ut substantiva gen. obj. sibi additum patiantur talia:

θρῆνος. Sept. 842: *θρῆνος ἀδελφοῖν* (de pronominibus possessivis in eandem sententiam Pr. 392. Ag. 1277 positis cf. infra pag. 34). gen. est subj. Sept. 1049: *μονόκλαυτον ἔχων θρῆνον ἀδελφῆς | εἶσιν.* gen. est poss. Ag. 952: *ὑμνῳδεῖ θρῆνον Ἐρινύος.* cf. pag. 14.

πένθος. Ch. 292: *πατρὸς πένθος μέγα.*

παιάν. Ch. 145: *παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξαυδωμένας.* (Schol. M.: *ὅτι ἐπὶ ἀποθανόντος παιᾶνα εἶπεν κακῶς.*) „lamentatio de mortuo".

---

1) Hom. Od. III, 95 = IV, 325: μῦθον πλαζομένου. IV, 317: κληηδόνα πατρὸς ἐνίσποις. XI, 492: τοῦ παιδὸς ἀγαυοῦ μῦθον ἐνίσπες. XXIII, 362: φάτις — ἀνδρῶν μνηστήρων. cf. etiam exempla Sophoclea supra a nobis advocata.

γόος. Ch. 321: *πατέρων τε καὶ τεκόντων γόος* „planctus de parentibus occisis".

ὀλολυγμός. Ch. 375: *ἐφυμνῆσαι — ὀλολυγμὸν ἀνδρὸς θεινομένου.*

ἄλγος. Pers. 826: *κακῶν ὑπ' ἄλγους.* (*ἀλγεῖν* c. acc. Ch. 1013. Pers. 1016.) Singulari quadam audacia poetica dictum est Ag. 50: *ἐκπατίοις ἄλγεσι παίδων ὕπατοι λεχέων στροφοδινοῦνται.* (*ἄλγεῖν* c. gen. Ag. 549: *τὸν ζῶντα δ' ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου.* gen. est causae.) Sed eadem audacia dixit Ag. 70: *οὔτε δακρύων ἀπύρων ἱερῶν | ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει* „iram ob sacra igne carentia"; quamquam locum hunc intricatissimum esse probe scio. Multi majoris etiam est momenti quod invenitur apud Homerum Od. II, 24. XXIV, 425: *τοῦ ὅ γε δακρυχέων κτλ.* Forsitan sic sit accipiendus genetivus Eum. 232: *τοῦ προστροπαίου μῆνις* quamquam subjectivum eum esse („ira, quam movet supplex") — conf. pag. 28 — qui contendit, ipse quoque assensionem potest habere. — Eodem modo se habet res ib. 497: *τῶνδ' ἐφέρψει κότος τις ἐργμάτων.* Pr. 448: *ὧν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενος.*

c) Minime sunt praetereunda substantiva alia concreta peculiari modo cum gen. obj. conjuncta: Ag. 181: *πνοαί — βροτῶν ἄλαι* „errores hominum i. e. qui homines errare cogunt". — *τροπαία* sc. *αὔρα* (cf. Blomf. gloss. ad Ag. 212), „ventus qui conversionem fert" — Ag. 206: *φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν* „conversionem animi in impium propositum" Blomf. — Ch. 756: *τροπαίαν Ζεὺς κακῶν θήσει* (Schol. *μετατροπήν*). Perapte Blomf. comparat Eur. El. 1148: *ἀμοιβαὶ κακῶν· μετάτροποι πνέουσιν αὖραι δόμων.* — Simillime usurpatur *ἀντροπαία*: Sept. 689: *λήματος ἀντροπαίᾳ*, ubi tamen Blomf. conjecit *λήματος ἐν τροπαίᾳ.* Praestat autem fortasse scribere *ἂν τροπαίᾳ*, ut *ἂν* ad *μεταλλακτός* pertineat, quia *ἀνατροπαία* non tam „mutatio" est quam „eversio". — *συλλαβή.* Suppl. 440: *ἔχω στρόβους ζώνας τε, συλλαβὰς πέπλων.* *συλλαβή* est „vinculum".

Conjunctos deinde duos inter se simillimos locos nomino: Ag. 1564: *παρέσχε δαῖτα παιδείων κρεῶν* et Ag. 318: *πόνος*

3

‖ *νήστεις* (Libri *νήστισι* et *νῆστις*. Emendavit Triclinius) *πρὸς ἀρίστοισιν ὧν ἔχει πόλις* | *τάσσει*. Utroque loco genetivum esse objectivume quidem habeo pro certo. — De loco Ag. 318: pluribus disputavit R. Förster. („de attractionis usu Aeschyleo" Diss. inaug. Vratislav. 1866. p. 10 seqq.) aeque atque ego genetivum objectivum statuens. *ἄριστον* = jentaculum cfr. frg. 181: *ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα*. — Pari ratione Homerus voci *δεῖπνον* genetivum adjungit objectivum Od. XXIV, 215 *δεῖπνον — συῶν*.

§ 4.

Quos modo percensui, genetivorum objectivorum naturam eam esse apparet, ut cum substantivis sint connexi quae verbis respondent dativum aut accusativum sibi adsumentibus. Non desunt autem praeterea substantiva apud Aeschylum, quibus, quamvis non deducta sint ex verbis, verbalem tamen notionem inesse putandum sit. Nos quidem ejusmodi substantivorum cum gen. obj. juncturam nisi praepositionibus exprimere non possumus.

φάρμακον. Pr. 252: *τῆσδε φάρμακον νόσου* (nos „gegen"). Pr. 605: *τί φάρμακον νόσου*. Ag. 526: *τὸ σιγᾶν φάρμακον βλάβης*.

λιμήν. Suppl. 454: *οὐδαμοῦ λιμὴν κακῶν* [1]).

σκιά. Ag. 931: *σκιὰν — σειρίου κυνός* i. e. „umbra, quae adversus canem defendit".

πρόβλημα. Sept. 659: *κνημῖδας, αἰχμῆς καὶ πετρῶν προβλήματα* „tutamen adversus . . . ."

ἔρυμα. Ch. 148: *πρὸς ἔρυμα τόδε κακῶν κεδνῶν τ' ἀπότροπον ἄγος ἀπεύχετον*. „Nescio quid interpretibus in mentem venerit, ut *ἔρυμα* tumulum significare putarent. *Ἔρυμα* est praesidium, firmamentum, adeoque chorus dicit: ad confirmanda nobis bona, et averruncanda mala" Schützius.

---

1) v. Cic. pro Caec. 34 „Exsilium enim non supplicium est sed perfugium portusque supplicii.

ῥῦμα. frg. 301: *θάνατος — ὅσπερ μέγιστον ῥῦμα τῶν πολλῶν κακῶν* [1]).

καιρός. Sept. 65: *καὶ τῶνδε καιρὸν ὅστις ὤκιστος λαβέ* (nos „zu“).

ἴυγξ. Pers. 964: *ἴυγξ — ἀγαθῶν ἑτάρων* „desiderium sociorum“.

θάρσος. Ch. 84: *τῶνδ' οὐ πάρεστι θάρσος* nos „nach“. Si quid ego sentio, eadem plane ratione Soph. Ph. 1039: *εἰ μή τι κέντρον θεῖον ἦγ' ὑμᾶς ἐμοῦ* gen. *ἐμοῦ* statuam objectivum pendentem ex *κέντρον.* Nulla coactus necessitate Nauckius spurium esse hunc versum judicavit.

πόνος. Ag. 54: *„πόνον ὀρταλίχων“* labor de pullis nos „um“.

κρύος. Eum. 161: *μαστίκτορος — δαμίου | βαρὺ τὸ περίβαρυ κρύος ἔχειν* nos „vor“. Deest gen. obj. Sept. 816: *κακόν με καρδίαν τι περιπίτνει κρύος.* Consideranda est interpretatio Scholiastae M.: *περιπίπτει φόβος κακοῦ.*

§ 5.

Varius et multiplex est usus adjectivorum pronominumque possessivorum genetivi objectivi munere fungentium. (v. p. 7 sqq., p. 19 sqq., p. 29 sqq.)

a) pronomina possessiva: Pr. 392: *μὴ γάρ σε θρήνος οὑμὸς εἰς ἔχθραν βάλῃ.* Ag. 1277: *εἰπεῖν ῥῆσιν ἢ θρῆνον θέλω ἐμὸν τὸν αὐτῆς* „cantilena lugubris de me ipsa“ (de voce *θρῆνος* cum gen. obj. juncta v. pag. 32). Pers. 690: *τὴν ἐμὴν αἰδῶ μεθείς* („mei reverentiam“). Pers. 1017: *ἐμὴν χάριν.* (Confer conjecturam Hermanni Suppl. 135: *διωγμοῖς ἐμοῖσιν ἀσχαλῶσ' ἀδμήτας κτλ.*) Eum. 350: *ἐμαῖσι λιταῖς.* conf. Herm. Eum. 91: *τόνδε ποιμαίνων ἐμὸν | ἱκέτην* (*ἱκέτης* c. gen. obj. Suppl. 778: *σεβίζου δ' ἱκέτας σέθεν.* ib. 617: *αἰδοῦνται δ' ἱκέτας Διός*). Ag. 1279: *φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς.* ib. 1278: *τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις* (cf. Ch. 137: *λέγω φανῆναί σου, πάτερ, τιμάορον*). Suppl. 361: *τοῖς ἐμοῖς*

1) Saepissime hunc in modum construitur *ἐπικούρημα* ab aliis scriptoribus Eur. Andr. 28. Xen. Hell. VI, 5, 40. An. IV, 5, 13. Stob. I, 84. (Similiter *ἐπίκουρος* Eur. J. A. 1027. Or. 211. Xen. Mem. IV, 3, 7.)

παλιγκότοις. Neque minus hunc in numerum adscribendum est Ag. 1034 = 1039: ἀγυιᾶτ' ἀπόλλων ἐμός. — ἀπόλλων quid sibi velit docent quae statim sequuntur: ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον.

De adjectivo θρεπτήριος (Ch. 532: μαστὸν — ἐμὸν θρεπτήριον) infra disseretur. Praeter primae personae pronomen possessivum idque singulari numero expressum nulla alia pronomina possessiva commemini quae usurpentur pro genetivo objectivo [1]).

b) adjectiva: Sept. 252: πολέμιον φόβον. Audaciores juncturae sunt: Ch. 224: θήρειον γραφήν. Sept. 618: ἁλώσιμον παιᾶν' ἐπεξιακχάσας („paean de urbe expugnata"). Ag. 10: ἁλώσιμον βάξιν cf. pag. 32. Gravissimum est Ag. 215: κληδόνας πατρῴους „voces patrem invocantes". — Ad Ag. 249: εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν θυηπολεῖς — ἐλπίσιν ἀγαθῆς ἀγγελίας — Schneidewinus commodissime adfert Pind. frg. 199: ἐλπίσιν ἀθανάταις ἁρμῷ φέρονται. Equidem addam Eur. Med. 1010: δόξης δ' ἐσφάλην εὐαγγέλου. — Ultimo loco sed graviter nomino ταύρειος φόνος Sept. 44. (Nihil video causae, cur φόνος hoc loco indicare „cruor" velint interpretes. θιγγάνειν in ejusmodi formulis est „operam dare rei" perinde atque προσθιγγάνειν. Soph. Ph. 9: οὔτε λοιβῆς ἧμιν οὔτε θυμάτων | παρῆν ἑκήλοις προσθιγεῖν.) Etenim mirum quantum, ut paullulum deflectat oratio mea, huic substantivo φόνος cum ejusmodi adjectivis societatem habenti vel ab aliis scriptoribus conceditur locus (non ab Homero), maxime a tragicis: Soph. Ai. 309: ἀρνείου φόνου. ib. 55: ἔκειρε πολύκερων φόνον. Eur. Hel. 1591: ἐκ ταυρείου φόνου. ib. 1582: ἐπὶ ταυρείῳ σφαγῇ. Iph. P. 72: Ἕλλην φόνος. Bacch. 796: φόνον θῆλυν. et ne ab Herodoto quidem abhorret VII, 170: φόνος Ἑλληνικὸς μέγιστος οὗτος — ἐγένετο. — Lob. ad Ai. v. 55 adnotat: „In La. scribitur πολύκερον, ac πολύκερως φόνος, quantumvis a nostro sensu abhorrens, tamen non licentius est quam γηγενὴς μάχη Cycl. v. 5. Jon. 987

1) Thucydides potissimum adhibet pronomina possessiva pro genetivo objectivo velut, ut paucis utar exemplis, I, 33, 3. I, 69, 5. I, 77, 6. I, 137, 4. IV, 90, 1. cf. Classen. ad I, 33, 3.

τετρασκελὴς κενταυροπληθὴς πόλεμος Herc. 1282 atque plurima talia, quae neque mirari desinimus neque mutare audemus, quia, quum *ἀλλοεθνὴς πόλεμος* Dionys. tutt. V. c. 5 pariterque temperata probaverimus, quae his minutatim et gradatim accumulata sunt, repudiare non possumus.“ Hactenus vir doctissimus. — Sed exempla, quibus usus est, non ad genetivum objectivum sed ad subjectivum pertinere est manifestum.

§ 6.

Multorum verborum participia substantivorum instar cum genetivo construi, ac saepissime quidem tria: *συνάρχων, τεκών, προσήκων* ostendit docte Lob. ad Ai. v. 360. Quem quum exemplo eo, quod mihi in animo erat ponere, jam usum esse videam Pers. 245: *ἰόντων τοῖς τεκοῦσιν,* liceat tamen mihi laudare locum Sept. 49: *μνημεῖά θ' αὐτῶν τοῖς τεκοῦσιν εἰς δόμους* —, ubi *αὐτῶν* non minus ad *μνημεῖα* pertinet quam ad *τοῖς τεκοῦσιν.* Componendum est Ch. 64: *θιγόντι δ' οὔτι νυμφικῶν ἑδωλίων | ἄκος.* Consimili enim hic ratione genetivus *νυμφικῶν ἑδωλίων* et ad *θιγόντι* et ad *ἄκος* est referendus.

§ 7.

Reservavi ad extremum genetivos objectivos suspensos ex substantivis, quorum verba non dativo aut accusativo — hi enim sunt veri germanique casus objecti — sed genetivo et genuino et ablativo applicantur.

1) *μνήμη.* Pr. 463: *μνήμην ἁπάντων.* genetivus deest Suppl. 260: *μνήμην τότ' ἀντίμισθον ηὗρετ' ἐν λιταῖς.* — concreta ejusdem generis reperiuntur:

2) *μνῆμα.* Pr. 839: *τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσιν βροτοῖς.*

3) *μνημεῖον.* Sept. 49: *μνημεῖα θ' αὐτῶν τοῖς τεκοῦσι* (v. paullo supra). dativum ceteroquin utrique voci insuper adjectum velim consideres.

4) *ἵμερος.* Ag .522: *τῶν ἀντερώντων ἱμέρῳ πεπληγμένοι.* Ceteris locis (septem) genetivum non habet secum.

5) *ἔρως.* Ag. 518: *ἔρως πατρῴας τῆσδε γῆς.* Eum. 849:

δεινὸς εὐκλείας ἔρως. (frg. 384: *ἔφριξ' ἔρως δὲ τοῦδε μυστικοῦ τέλους.* Brunckius *ἔρωτι.* Dind. *ἔφριξ' ἐρῶ δὲ* . . . .) Suppl. 504: *τῶν σ' ἔρως ἔχει τυχεῖν* genetivus *τῶν* et cum *ἔρως* et cum *τυχεῖν* potest conjungi. Ab *ἔρως* illum pendere si intelligimus, infinitivum *τυχεῖν* epexegeticum, quem vocamus, addi debemus statuere. Cujusmodi exempla permulta colligi possunt.

6) *χρεία* = „inopia" Pr. 483: *φαρμάκων χρείᾳ κατεσκέλλοντο.* = „desiderium, cupiditas" Pr. 171: *ἐμοῦ — χρείαν ἕξει μακάρων πρύτανις.*

7) *πύστις.* (de forma v. Lob. ad Phryn. p. 728.) Sept. 54: *τῶνδε πύστις οὐκ ὄκνῳ χρονίζεται* (Stobaeus *καὶ τῷδε πίστις.* sed *τῶνδε πύστις* scriptura confirmatur Scholiastae M. testimonio: *ἡ περὶ τούτων ἀκοὴ οὐ βραδέως γέγονεν.* — *ἡ γνῶσις οὐκ εἰς μακρὰν πλησιάζεται*). — His abstractis adjungam concreta:

8) *κηδεμών.* Suppl. 70: *τᾶσδε φυγᾶς — κηδεμών.*

9) *ἔφορος.* (de verbo *ἐφορεύω* cum genetivo juncto v. infra) Pers. 26: *στρατιᾶς πολλῆς ἔφορος.* de Suppl. 643, ubi ineptum est codicis *δ' ἐφόρους,* (*δὲ φόρους* Erfurdtius) v. Wecklein. Stud. p. 85.

10) *ἐφάπτωρ.* Suppl. 518: *ἔφαπτορ Ἰοῦς* — 694: *ῥυσίων ἐφάπτορες.* cf. ib. 397: *δῆρις ῥυσίων ἐφάψεται.*

Hac parte absoluta transeamus ad substantiva ea, quorum verba cum genetivo ablativi locum tenente jungi solent.

1) *ἀπαλλαγή.* Ag. 1: *τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων.* ib. 20: *εὐτυχὴς — ἀπαλλαγὴ πόνων.* Pr. 320: *ζήτει δὲ τῶνδε πημάτων ἀπαλλαγάς.* ib. 752: *αὕτη γὰρ ἦν ἂν πημάτων ἀπαλλαγή.* Suppl. 325: *καὶ δυστυχούντων τ' εὐμαρὴς ἀπαλλαγή*: vertit Schuetzius: „Et ab infelicibus quidem facilis est discessus" Equidim *δυστυχούντων* genetivum objecti, qui vere dicitur, existimaverim; respondet enim accusativo ex *ἀπαλλάσσειν* apto, quare reddam: „Facilis est infelicium liberatio i. e. facile est infelices liberare."

2) *ἔκλυσις.* Pr. 265: *ἆθλον δ' ἔκλυσιν ζήτει τινά.*

3) *ἐπίλυσις.* Sept. 124: *ἐπίλυσιν φόβων ἐπίλυσιν δίδου.* Simplex *λύσις* Blomfieldus exhibuit loco vexatissimo

Ag. 239: *τὸ μέλλον ἐπεὶ οὐ γένοιτ' ἂν λύσις.* M.: *ἐπιγένοιτ' ἂν κλύοις*, v. adnotationem Hermanni.

4) *καταγέλως.* Ag. 1218: *τί· δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλωτ' ἔχω τάδε.*

5) *ἐκπέραμα.* (*ἐκπερᾷ μελάθρων* Eur. Cycl. 511) Ch. 636: *τρίτον τόδ' ἐκπέραμα δωμάτων καλῶ* „egressus ex aedibus".

Concreta vocabula nominem ea quae ex verbis reguandi et dominandi sunt deducta.

1) *ἄναξ.* Sept. 39: *Καδμείων ἄναξ.* Ag. 35: *ἄνακτος οἴκων.* Eum. 16: *Δελφός τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ.* Suppl. 314, 596: *ἄναξ Πελασγῶν.* ib. 335: *Πελασγῶν ἄναξ.* Translato sensu cum genetivo rei conjungitur Pers. 376: *πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ* = *κωπηλάτης.* ib. 381: *ναῶν ἄνακτες.* Solitaria enim est Aeschylo metaphorice talium notionum ponendarum ratio. — Addenda sunt Sept. 983: *δυστάνων κακῶν ἄναξ.* Sept. 27: *τοιῶνδε δεσπότης μαντευμάτων.* Pers. 377: *ὅπλων ἐπιστάτης* = *ὁπλίτης.* cf. Eur. Hel. 1285: *ἐρετμῶν ἐπιστάταις.* Judicat de hoc circumloquendi genere Aristoteles Rhet. III, 2, p. 1405a, 29: *Τὸ δὲ, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησὶ „κώπας ἀνάσσειν καὶ ἀποβὰς εἰς Μυσίαν" ἀπρεπὲς, ὅτι μεῖζον τὸ ἀνάσσειν ἢ κατ' ἀξίαν*, ubi scholia fol. 53b, 10; *κώπης εἶπεν ἀνάσσειν τὸν ἄρχοντα, τὸν δέκαρχον. μεταφορά ἐστι καὶ αὕτη ἀπὸ τοῦ βελτίονος* etc.

2) *ἄνασσα.* Pers. 155: *βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη.* ib. 173: *γῆς ἄνασσα τῆσδε.* Eum. 284: *χώρας ἄνασσαν τῆσδ' Ἀθηναίαν.* — *ἄναξ* etiam feminino genere adhibetur. cf. Suidas: *ἄναξ· θηλυκῶς. οὕτως Αἰσχύλος.* frg. 379.

3) *δεσπότης* numquam genetivum personae habet sibi additum. aut enim absolute usurpatur (locis quatuor decim) aut cum genetivo rei Eum. 60: *δόμων δεσπότης.* de Sept. 27: *τοιῶνδε δεσπότης μαντευμάτων* paullo supra est dictum.

4) *δέσποινα* ter sine genetivo ponitur. cum genetivo personae frg. 175: *δέσποινα πεντήκοντα Νηρῄδων χοροῦ* cum gen. rei frg. 379: *δέσποινα νύμφη δυσχίμων ὀρῶν ἄναξ.*

5) *ἄρχων* cum genetivo terrae Pers. 74: *πολυάνδρου Ἀσίας θούριος ἄρχων.* absolute Sept. 657: *ἄρχοντί τ' ἄρχων καὶ κασιγνήτῳ κάσις.*

6) *ἀρχός* absolute dictum est Pers. 327.

7) *ἔπαρχος*. Ag. 1181: *νεῶν ἔπαρχος*.

8) *ἄπαρχος*. Pers. 352: *Κιλίκων ἄπαρχος* Schol. *ἡγεμών*.

9) *ταγός*. Pers. 24: *ταγοὶ Περσῶν*. Pr. 96: *ὁ νέος ταγὸς μακάρων*. c. gen. rei Pers. 322, 478: *νεῶν ταγός*.

10) *ὄρχαμος*. Pers. 129: *ὄρχαμος στρατοῦ*.

11) *στρατηγός*, quod tribus locis fit obviam, genetivum nullo sibi adsciscit.

12) *ἐπιστάτης* translate cum genetivo rei adhibetur Pers. 377: *ὅπλων ἐπιστάτης* v. supra. absoluto positum est Sept. 797: *οἱ δ' ἐπιστάται δισσὼ στρατηγώ*.

13) *βασιλεύς* viginti septem locis omnino legitur. Cum gen. Pers. 627: *βασιλεὺς ἐνέρων*. ib. 910: *βασιλεῦ γαίας*. Ex scholiastae M. adn. (*γαίας ἐπὶ γόνυ τὸ ἑξῆς*) Brunckius et Heathius *γαίας* conjunxerunt cum eo quod sequitur *γόνυ* (v. 911: *αἰνῶς ἐπὶ γόνυ κέκλιται*). Sed hoc modo sensus efficitur parum idoneus, atque optime commate post *γαίας* posito conjungitur *βασιλεῦ* cum gen. *γαίας*. — Ceterae juncturae sunt: *βασιλεὺς νεῶν* Ag. 112. *οἰωνῶν βασιλεύς* ibidem.

βασίλεια genetivum nullo loco sibi adsumit.

14) *ἀρχηγέτης* Suppl. 174: *τῆσδε γῆς ἀρχηγέται*. ib. 241: *Πελασγός, τῆσδε γῆς ἀρχηγέτης*. absolute 983: *ἄναξ Ἐτεόκλεις ἀρχηγέτα*. Verba *Ἐτεόκλεις ἀρχηγέτα*, quae inde a Turnebo leguntur, non exhibet M. cf. Hermanni adnotationem.

ἀρχηγός absolute tantum usurpatur Ag. 246.

15) *ἡγεμών* c. gen. pers. Pers. 313. ib. 639. ib. 756. c. gen. rei Ag. 171: *ἡγεμὼν ὁ πρέσβυς νεῶν Ἀχαιικῶν*; sine casu Suppl. 688: *αὐτὴ δ' ἡγεμών*.

16) *ἡγητής*. Suppl. 229: *νόσφιν ἡγητῶν*.

17) *προστάτης*. gen. personae exstat Sept. 1010: *Καδμείων προστάται*. rei: Sept. 391: *προστάτης πυλωμάτων*.

18) *πρόμαχος* cum genetivo rei tantum invenitur Sept. 402: *πόλεως πρόμαχος*. ib. 465: *πρόμαχ' ἐμῶν δόμων*.

Adnotatio.

Quaestiones de genetivo possessivo, subjectivo, objectivo quoniam ad finem perduximus, quoniam, quam saepe utatur Aeschylus illorum loco pronominibus possessivis et adjectivis habemus intellectum, addamus, si placet, ad usum illum spectantia pauca.

§ 1.

Parallelismo quodam eidem nomini apponitur et adjectivum, quod genetivi partes suscipit, sive pronomen poss. et genetivus articulo non posito:

α) adjectivum sive pron. praecedit, subsequitur genetivus Pers. 8: *ἀμφὶ δὲ νόστῳ τῷ βασιλείῳ καὶ πολυχρύσου στρατιᾶς.* Ag. 1268: *κωκύσουσ' ἐμὴν Ἀγαμέμνονός τε μοῖραν.* Eum. 703: *χρησμοὺς τοὺς ἐμούς τε καὶ Διός.* Choeph. 489: *θῆλυν ἄρσενός θ' ὁμοῦ γόον* (M. *γόνον.* v. pag. 29). Pr. 412: *τὰν σὰν ξυνομαιμόνων τε τιμάν.*

β) rarius praecedit genetivus ac sequitur adj. sive pron. Pers. 17: *τὸ Σούσων ἠδ' Ἀγβατάνων | καὶ τὸ παλαιὸν Κίσσιον ἕρκος.* ib. 160: *τὸ Δαρείου τε κἀμὸν κοινὸν εὐνατήριον.*

γ) Singularis est locus Eum. 89: *αὐτάδελφον αἷμα καὶ κοινοῦ πατρός*, quocum potest comparari Hom. Od. XVI, 300: *ἐμός ἐσσι καὶ αἵματος ἡμετέροιο.*

§ 2.

Ad vim pronominis vel adjectivi possessivi, quod vocem, distinctius determinandam et augendam genetivus quasi per appositionis figuram adscribitur. Exempla sunt perrara apud Aeschylum.

α) pron. Ag. 1276: *ῥῆσιν ἢ θρῆνον θέλω ἐμὸν τὸν αὐτῆς* (sc. *εἰπεῖν*). — [Eum. 954: *νικᾷ δ' ἀγαθῶν || ἔρις ἡμετέρα διὰ παντός* quae verba interpretatur Schuetzius: „bonorum lites quas meas facio, semper vincunt.“ At *ἀγαθῶν* aut appositive pronomini *ἡμετέρα* additum est aut est genetivus objectivus (nos „Streit um das Gute“ ut transfert Droysenus) cf. Od.

VIII, 210: *ἔριδα προφέρηται ἀέθλων;* maxime Pind. Nem. X, 72: *χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων.*]

β) adj. Permagna audacia poetica dicitur Ch. 1067: *δεύτερον ἀνδρὸς βασίλεια πάθη. βασίλεια*, quod dicitur pro *βασιλέως*, junctum est cum *πάθη*, ita ut *ἀνδρὸς* appositive adiciatur = *ἀνδρὸς βασιλέως πάθη.* Plura dixi hac de locutione infra l. s.

Caput IV.

De genetivo qualitatis et materiae.

§ 1.

Genetivum *qualitatis*, etsi fuerunt qui negarent, (Matthiaeus potissimum, quem citat Lob. ad Phryn. p. 215) minime alienum esse a graecae linguae indole jam certum est fere concessumque. Verum tamen hunc genetivum, quum praesertim poetis exceptis apud posterioris temporis scriptores tantummodo paene in usu sit, arctissimis finibus terminisque circumscribi ego minime diffiteor. Accedit quod, quum in lingua latina nisi addito adjectivo, quo distinctius describatur, non usurpetur, poetae graeci haud varo illum ponunt vel omisso adjectivo. Ita loco etiam illo clarissimo Soph. El. 19: *μέλαινά τ' ἄστρων ἐκλέλοιπεν εὐφρόνη* genetivus qualitatis *ἄστρων* caret epitheto. Ipso autem genetivo, ut brevi praecidam, quae est poetarum licentia dicendi, nihil continetur nisi notio adjectivi veluti *ἀστερόεσσα.* — Aeschylea exempla in medio sunt:

a) adjectivum genetivo est additum Pr. 213: *Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία* (cf. Hor. Od. III, 9, 7: multi Lydia nominis. I, 36, 13: multi Damalis meri). Ag. 44: *διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου | τιμῆς ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδᾶν* vide infra. Ag. 348: *μέγα δουλείας | γάγγαμον, ἄτης παναλώτου.* Quibus ego exemplis eo perducor ut etiam Sept. 677: *πικρόκαρπον ἀνδροκτασίαν τελεῖν | αἵματος οὐ θεμιστοῦ* verba extrema pro gen. qualitatis accipiam.

Schuetzii ratio, qui gen. abs. statuit, vereor ut cuiquam se probet.

b) Genetivus caret adjectivo Pr. 898: δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις πόνων „errores laboriosi". Praeterea vide sis: Suppl. 559: δακρύων δ' ἄπο ‖ στάζει πένθιμον αἰδῶ „pudor cum dolore et lacrimis conjunctus" Hermannus. Eum. 934: τοῖς δ' αὖ δακρύων | βίον ἀμβλωπὸν παρέχουσαι „vita cum lacrimis i. e. lacrimabilis". Neque aliorsum pertinet Ag. 1497: δίκα δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βλάβης | πρὸς ἄλλαις θηγάναις Μοῖρα· βλάβης nimirum est gen. qualitatis referendus ad πρᾶγμα, quam ob rem recte vertit Engerus „Unheilsthat".

§ 2.

Genetivus *materiae*, qui significat materiem, qua aliquid continetur, adhibetur proprie ab Aeschylo locis hisce: Ch. 520, 533: θρόμβος αἵματος. Eum. 182: θρόμβους — φόνου. Sic enim optime junguntur verba (φόνος = αἷμα Ch. 1009 cf. ibi Schol. M.). Ag. 1344: ψακάς φοινίας δρόσου. ib. 1382: λίπος αἵματος. Ch. 1009: φόνου κηκίς. Ag. 923: πολλῆς πορφύρας ἰσάργυρον | κηκῖδα παγκαίνιστον. Ch. 494: κλωστὴρ λίνου (Schol. M. adnotat: ἐν περιφράσει τὸν κλωστὸν λίνον). Pr. 372: ποταμοὶ πυρός. Ag. 282: γραίας ἐρείκης θωμόν. Pers. 809: θῖνες νεκρῶν (Schol. M. οἱ σωροί — . . .). — Modo singulari praepositio ἐκ applicatur Suppl. 920: πίνοντας ἐκ κριθῶν μέθυ (Idem facere Aegyptios tradit Herodotus verbis simillimis II, 27: οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται). Conferenda est etiam explicatio Schol. M.

Translate usurpato genetivo materiae nihil est usitatius apud Aeschylum: Pers. 812: στάχυν ἄτης. Sept. 584: ἄτης ἄρουρα. Pr. 744: δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης. Quae imago est frequentissima Pers. 431: κακῶν δὴ πέλαγος ἔρρωγεν μέγα. Suppl. 453: ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον τόδ' ἐσβέβηκα (cf. v. 452: κακῶν δὲ πλῆθος ποταμὸς ὥς ἐπέρχεται). Sept. 741: κακῶν δ' ὥσπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει. Pr. 884: κύματα ἄτας. Pr. 250: πολὺς πλούτου λιμήν (de λιμήν verbo cum gen. obj. juncto v. p. 34). Pers. 597: κλύδων κακῶν. ib. 703: κακῶν βάθος. Sept.

109: *κῦμα — περὶ πτόλιν δοχμολόφων ἀνδρῶν | καχλάζει.* Praedicative positus i. e. cum *ποιεῖν* similive verbo junctus nusquam reperitur apud Aeschylum genetivus materiae.

Caput V.

De genetivo partitivo.

§ 1.

Articulo pronominis vim habenti (*ὁ μέν — ὁ δέ*) adicitur genetivus partitivus Pr. 780: *τούτων σὺ τὴν μὲν τῇδε, τὴν δ' ἐμοὶ χάριν | θέσθαι θέλησον* neque minus Eum. 330: *θνατῶν | τοῖσιν αὐτουργίαις ξύμπασωσιν* (*τοί νιν — ξυμπατῶσιν* Weilius) *μάταιοι, τοῖς ὁμαρτεῖν* . . ., ubi art. pronominis relativi obtinet locum.

§ 2.

Participia, quibus additus est articulus, locis duobus sequitur gen. partitivus Ag. 773: *γνώσῃ δὲ χρόνῳ διαπευθόμενος | τόν τε δικαίως καὶ τὸν ἀκαίρως | πόλιν οἰκουροῦντα πολιτῶν* et Suppl. 593: *τὸν μὴ βοηθήσαντα τῶνδε γαμόρων | ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ.*

§ 3.

Ex adjectivis leguntur ponenda

a) Ea, quae multitudinem vel aliquid simile significant.

1. *πολλοί.* Pers. 286: *ὡς πολλὰς Περσίδων μάταν | ἔκτισαν εὔνιδας ἠδ' ἀνάνδρους.* ib. 511: *πολλὰ δ' ἐκλείπων λέγων | κακῶν ἃ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν θεός.* Ag. 752: *πολλοὶ — βροτῶν.* Eum. 106: *ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε.*

2. *παῦροι.* Pers. 791: *παῦροι — πολλῶν.* Ag. 796: *παύροις γὰρ ἀνδρῶν ἐστι συγγενὲς τόδε.*

Sed adjectivum

ὀλίγοι praeter Sept. 745 (*μεταξὺ δ' ἀλκὰ δι' ὀλίγου*

τείνει πύργος —) nusquam legitur in Aeschyli tragoediis nisi Pers. 328: πολλῶν παρόντων [δ'] ὀλίγ' ἀπαγγέλλω κακά, ubi substantivum κακά in eodem casu est collocatum. πολλῶν παρόντων (Schol. M.: λείπει τὸ κακῶν) genetivus est partitivus „e multis — pauca mala."

βαιά. Pers. 996: βαιά γ' ὡς ἀπὸ πολλῶν. Nequaquam praepositionem hanc ἀπό eadem ratione positam esse debemus ducere, qua a latinis scriptoribus praepositiones ex, de, inter usurpantur pro genetivo partitivo. Principalem significatum servavit praepositio ut merito interpretatur Schol. M.: ὀλίγα ἐσώθη ἀπὸ πολλῆς πανοπλίας. Thuc. III, 112, 8: ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν. I, 110, 1 (cf. IV, 9, 1.) VII, 87, 6: ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν — ἀπενόστησαν. Neque aliter judicandum est de locis Homericis Od. IX, 192, — οἶον ἀπ' ἄλλων. XXI, 364: οἶον ἀπ' ἀνθρώπων (cf. ibi Ameis. adn.).

3. εἷς. Sept. 526: φῶτα Καδμείων ἕνα. Eum. 579: ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων. Pr. 863: μίαν δὲ παίδων. —

4. οὐδείς. Eum. 101: οὐδεὶς ὑπέρ μου δαιμόνων μηνίεται. ib. 109: ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν. Pr. 912: οὐδεὶς θεῶν.

5. neutrum οὐδέν. Suppl. 695: οὐδὲν ἔσται τῶνδε. Prom. 962: πεύσῃ γὰρ οὐδὲν ὧν ἀνιστορεῖς ἐμέ. ib. 983: ἐρεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν χρῄζει πατήρ. ib. 994: γνάψει γὰρ οὐδὲν τῶνδέ μ' ὥστε καὶ φράσαι | πρὸς οὗ . . .

6. μηδείς. *Masculino* nullo omnino loco usum esse Aeschylum dignum est quod notetur. Neutrum μηδέν, quod quindecies omnino reperitur, semel tantum sociatur cum genetivo partitivo Sept. 232: οὐ σῖγα μηδὲν τῶνδ' ἐρεῖς κατὰ πτόλιν;

7. πάντες. (de neutro πᾶν χρόνου Eum. 660 v. p. 48.) Suppl. exhibet M.: ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε κοινώσας πέρι. Emendavit Scaliger: ἀστοῖς δὲ πᾶσι τῶνδε . ., nihil ut sit, quod desideres. Pauwius: ἀστῶν γε πᾶσι τῶνδε κοινῶσαι πέρι, quam mutationem comprobavit Heathius.

8. ἥμισυς. Eum. 424: δυοῖν παρόντοιν ἥμισυς λόγου πάρα.

9. λοιπός. Ag. 551: ἡμῖν δὲ τοῖς λοιποῖσιν Ἀργείων στρατοῦ . . .; de neutrius huius adjectivi usu v. paullo infra p. 46.

b) Adjectiva qualitatis.

1. Homerum secutus (δῖα θεάων Il. XIV, 184. δαιμόνιε ξείνων Od. XIV, 443, δειλὲ ξείνων ib. 361.) positivo adjectivorum partitivum adjungit genetivum loco eo quem jam attulit Bernh. Synt. p. 155: Suppl. 934: δῖε Πελασγῶν, ubi Schol. M.: ὡς δῖα γυναικῶν (Od. XVIII, 208). — Praeterea Athenaeus XIII, p. 584 d Andronicum tragoedum narrat versum recitasse ex Epigonis (frg. 54): ὀλόμενε παίδων, ποῖον εἴρηκας λόγον, qui tamen versus utrum ex Aeschyli an Sophoclis Epigonis sit depromptus parum constat.

2. Multo frequentius gen. part. additur superlativis: Pers. 329: κακῶν ὕψιστα δὴ κλύω τάδε. (ib. v. 304: Τενάγων τ' ἄριστος Βακτρίων ἰθαγενὴς Blomfieldus sine causa correxit ἀριστεύς. ἄριστος recte monet Schillerus idem valere atque ἀριστεύς collato Od. I, 245 [XVI, 122]). Pers. 798: κακῶν ὕψιστ' ἐπαμμένει παθεῖν. Sept. 290: ὕδωρ τε Διρκαῖον, εὐτραφέστατον πωμάτων, ὅσων ἵησιν Ποσειδῶν. — ib. 373: πανσέληνος —, πρέσβιστον ἄστρων. ib. 660: φίλτατ' ἀνδρῶν, Οἰδίπου τέκος. — ib. 849: δυσαδελφόταται πασῶν ὁπόσαι — περιβάλλονται. ib. 984: πάντων πολυπονώτατοι. ib. 1035: ἔρις περαίνει μῦθον ὑστάτη θεῶν. Ag. 509: τίεσθαι δ' ἀξιώτατος βροτῶν | τῶν νῦν. ib. 1006: τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων λέγει. ib. 1625: ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν. Ch. 185: τοῦ φιλτάτου | βροτῶν Ὀρέστου. ib. 237: πάντων μεγίστῳ Ζηνί —. ib. 294: πολίτας εὐκλεεστάτους βροτῶν. ib. 1048: φίλτατ' ἀνθρώπων πατρί. Eum. 946: παντᾷ τιμιώταται θεῶν. Suppl. 13: κύδιστ' ἀχέων ἐπέκρανε. ib. 507: μακάρων μακάρτατε καὶ τελέων | τελειότατον κράτος. ib. 929: τούτων τὰ λῷστα καὶ τὰ θυμηδέστατα —. Prom. 219: κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε | ἐφαίνετ' εἶναι. ib. 717: Καύκασον —, ὀρῶν | ὕψιστον. frg. 92: κύδιστ' Ἀτρέως πολυκοίρανε μάνθανέ μου παῖ.

Ad genetivos partitivos ex superlativis aptos accedunt hi: „Ch. 475: πάντων δὲ πρῶτον τόνδε πρεσβεύσω τάφον.

Eum. 1: *πρῶτον μὲν εὐχῇ τῇδε πρεσβεύω θεῶν | τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν.* — *μόνος.* Pers. 630: *μόνος ἂν θνητῶν πέρας εἴποι.* Eum. 813: *μόνη θεῶν.* frg. 156, 1: *μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ.* — Vim comparativi habet superlativus Pers. 184: *μεγέθει τε τῶν νῦν ἐκπρεπεστάτα πολύ.* Eum. 31: *καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῷ | ἄριστα δοῖεν.*"

Aut dicendum erat: *τῶν πρὶν εἰσόδων ἀμείνω δοῖεν* aut *πασῶν εἰσόδων ἄριστα δοῖεν.* cf. Herm. ad Vig. p. 718. De loco priore egit Blomfieldus ad Pers. 189. —

c) Quae modo enarravi adjectiva cum genetivo partitivo constructa, ea, quoniam sunt ejusdem generis atque genetivus, nihil habent difficultatis. Relinquuntur ii loci, quibus neutra adjectivorum cum genetivo partitivo, qui non est ejusdem generis, conjunguntur.

α) Primum igitur consideranda sunt ea exempla, ubi re vera cogitandum est de partitione. Pr. 663: *τὰ λοιπὰ δ' ἄθλων.* ib. 778: *πόνων τὰ λοιπά.* Ch. 395: *Ἀτρειδῶν τὰ λοίπ' ἀμηχάνως | ἔχοντα.* Schol. M.: *ἡμᾶς τοὺς ὑπολοίπους τῶν Ἀτρειδῶν.* Singularis exstat numerus Pers. 991: *ὁρᾷς τὸ λοιπὸν τόδε τὰς ἐμᾶς στολᾶς.* (Schol. M. adnotavit *θεωρεῖς τὸ περίλοιπον ἐμὲ λείψανον τῆς ὅλης στρατιᾶς*).

Ex superlativis huic adjectivorum speciei subjungam Eum. 483: *κρίνασα δ' ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα* atque Eum. 31: *τῶν πρὶν εἰσόδων — | ἄριστα,* quem locum supra jam laudavimus.

Eodem optimo jure videor mihi referre Pers. 672: *ὦ πιστὰ πιστῶν,* quam loquendi formulam Schol. M. perperam explicat: *ἐκ πιστῶν πατέρων πιστοὶ υἱοί.* — Immo prorsus adjectivi vim apposito adjectivi ejusdem genetivo eoque partitivo quodammodo augeri et cumulari docent exempla haec: Diocles Com. 2, p. 838: *πλυνεῖτε τὰ κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς.* Soph. Ph. 65: *ἔσχατ' ἐσχάτων κακά.* Oed. R. 465: *ἄρρητ' ἀρρήτων.* Oed. Col. 1238: *ἵνα πρόπαντα | κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ,* ubi conferenda sunt quae adnotavit Reisigius. —

Simillimo etiam modo — quod haud abs re erit hic memorare — ipse Aeschylus substantivi notionem tamquam

exaggerat Sept. 833: *πόνοι πόνων δόμων ἐφέστιοι.* Suppl. 507: *ἄναξ ἀνάκτων μακάρων μακάρτατε — καὶ τελέων τελειότατον κράτος.* Pers. 661: *δέσποτα δεσποτᾶν*, quod rectissime restituit Dindorfius pro codicis *δεσπότου.*

(Quod attinet ad genus conferatur velim etiam Pers. 1: *Τάδε μὲν Περσῶν τῶν οἰχομένων | — πιστὰ καλεῖται.* ib. 842: *οὐ γὰρ τὰ φίλτατ᾽ ἐν κακοῖς προδώσομεν* Blomf. gloss. ad Pers. v. 1.) —

Sed ut revertamur ad propositum, exemplum aliud genetivi partitivi ex adjectivi neutro apti interpretes et editores statuebant Ag. 1567: *ἔθρυπτ᾽ ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος. ἄσημα δ᾽ αὐτῶν αὐτίκ᾽ ἀγνοίᾳ λαβών* etc. (Klausenus reddit: „nonnulla ex iis, quae nullo signo agnosci poterant“). Verum ingeniosa sane conjectura scripsit Dindorfius:

ἔθρυπτ᾽ ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος ἄσημ᾽· ὃ δ᾽ αὐτῶν αὐτίκ᾽ ἀγνοίᾳ λαβὼν ἔσθει βορὰν ἄσωτον. — Hermannus Dindorfio adstipulatus versus tamen expressit ita:

ἔκρυπτ᾽ ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθημένοις ἄσημ᾽· ὃ δ᾽ αὐτῶν etc. —

β) Plane dissimilis modus est is, quo neutrum adjectivi cum genetivo partitivo ita consociatur, ut nihil partitionis sit intellegendum (cf. Soph. Ant. 1209: *ἄσημα βοῆς.* ib. 1265: *ἄνολβα βουλευμάτων.* Trach. 117: *βιότου πολύπονον*). Cujusmodi exempla apud Aeschylum rarissima sunt: Eum. 660: *εἰς τὸ πᾶν χρόνου.* Eodem sensu nude positum videmus *ἐς τὸ πᾶν:* Choeph. 665. Eum. 83, 397. 873. 1020. [„omnino“ significat — Schol. M. ad Eum. 530 *καθολικῶς* — Ag. 660. Ch. 932. Eum. 52. ib. 198? (*εἰς* Canterus.)] — Uno sub conspectu ponantur deinde loci duo difficillimi emendatu Suppl. 731: *οὐδὲ πισμάτων σωτηρίου | ἐς γῆν ἐνεγκεῖν*, Sic M. Victorius: *πεισμάτων.* Turnebus: *πισμάτων σωτηρία.* Hermannus ex Scaligeri emendatione scripsit *σωτήρια* collato Eur. Tr. 810: *ναύδετ᾽ ἀνήψατο πρυμνᾶν*, quamquam poetam fortasse *πείσματος σωτηρίου* scripsisse fatetur. — Equidem lectioni illi a Scaligero et Hermanno comprobatae (Schol. M.: *ἀντὶ τοῦ πείσματα σωτήρια*) lucem existimo adferri loco altero comparato, qui non minus negotii facessivit viris doctis: Sept.

100: πέπλων καὶ στεφέων πότ' εἰ μὴ νῦν ἀμφίλιταν ἕξομεν. Sic. M. — ἀμφὶ λιτὰν manus recens. Seidlerus ob ipsum metrum ἀμφὶ λιτάν' perbene restituit ex Suppl. 773. Quid igitur? adjectivum λιτανά cum genetivo junctum πέπλων καὶ στεφέων idem valere judico atque λιτάνους πέπλους cf. Suppl. 773: μέλη λιτανά „carmina precatoria.“ — Haec si recte exposita esse nobis persuaserimus, quin Scaligeri illud πεισμάτων σωτήρια = πείσματα σωτήρια (cf. Schol. M.) possit retineri, non dubitabimus. —

Neutrum pronominis num illa ratione sit usurpatum, quia incerta est huc usque correctio loci totius, ambiguum est: Suppl. 285: καὶ κρυπτά γ' ἥρας ταῦτα παλλαγμάτων. Sic. M. — Robort.: ταῦτα παλλακισμάτων. Turnebus: ταῦτα τῶν παλλαγμάτων. Paleius: παλλακεύματ' ἦν. Hermannus: κἄκρυπτα γ' Ἥρας ταῦτα τἀμπαλάγματα, quod Dindorfius quoque recepit.

§ 4.

Ex pronominibus terminantur genetivo partitivo

a. Indefinita. τὶς. Ag. 346: νεαρῶν τινα. ib. 649: ἐκείνων εἴ τις ἐστὶν ἐμπνέων. Ch. 180: ἀστῶν τιν' ἄλλον. ib. 337: πρός τινος Λυκίων — κατηναρίσθης. Eum. 265: εἴ τις ἄλλος — βροτῶν. ib. 746: καί τις Ἑλλήνων ἐρεῖ. Suppl. 54: εἰ δὲ κυρεῖ τις πέλας οἰωνοπόλων. ib. 591: μήτ' ἐνοίκων μήτ' ἐπηλύδων τινά. ib. 699: θεοὺς ἀτίζων τις βροτῶν. Pr. 21: οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν. ib. 770: τῶν σῶν τιν' αὐτὸν ἐκγόνων εἶναι χρεών. ib. 895: — πλαθείην γαμέτᾳ τινὶ τῶν ἐξ οὐρανοῦ.

Lob. ad Ai. v. 998. praeceptum illud grammaticorum, Graecos θεῶν τις potius dicere quam θεός τις, adeo correxit, ut „plerisque locis utrumque aptum esset, usitatius tamen illud praesertim in certis formulis“ demonstraret. Apud Aeschylum quidem quomodo se habeat res, ut quaeramus, primum genetivi exempla enumeremus: Pers. 164: οὐκ ἄνευ θεῶν τινος. Eum. 70: αἷς οὐ μίγνυται | θεῶν τις οὐδ' ἄνθρωπος οὐδὲ θήρ ποτε. Sept. 1000: εἰ μὴ θεῶν τις —. Pr. 1026: πρὶν ἂν θεῶν τις διάδοχος — φανῇ. Pers. 715: γνώμης δέ

πού τις δαιμόνων ξυνήψατο. Locos deinde, quibus casuum apparet consensus, si percensemus, uno excepto Pers. 343: *ἀλλ' ὧδε δαίμων τις κατέφθειρε στρατόν*, non sine causa illud factum esse perspicitur:

α) adjectivum additur Pers. 716: *μέγας τις ἦλθε δαίμων.*

β) pronomen *τὶς* pertinet ad substantiva duo, quorum alterum oppositum est alteri Ag. 641: *θεός τις, οὐκ ἄνθρωπος.* Eum. 266: *ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' ἀσεβῶν.* — Alterutrum substantivorum exprimitur genetivo Ch. 112: *ἐλθεῖν τιν' αὐτοῖς δαίμον' ἢ βροτῶν τινα* [conf. Ag. 345: *μήτε μέγαν | μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι.* Soph. El. 199: *εἴτ' οὖν θεὸς εἴτε βροτῶν ἦν ὁ ταῦτα πράσσων.* Ac. 243: *ἃ δαίμων κοὐδεὶς ἀνδρῶν ἐδίδαξεν*, quod Hermannus dictum esse censet pro *οὐδεὶς δαίμων καὶ οὐδεὶς ἀνδρῶν.*] — Quae cum ita sint, Weckleinio adsentiens Pr. 157: ubi M.: *ὡς μήποτε θεὸς μήτε τις ἄλλος τοῖσδ' ἐπεγήθει* minus probabilem esse duco correctionem Dindorfii: *μήτε θεῶν μήτε τις ἀνδρῶν*, sed *θεός* esse servandum: *ὡς μήτε θεὸς μήτε τις ἀνδρῶν.*

Pluralis *τινές* conjungitur cum genetivo partitivo Eum. 31: *κεἰ πάρ' Ἑλλήνων τινές.*

neutrum *τὶ*: Ag. 1012: *εἴ τι δράσεις τῶνδε.* ib. 1193: *καὶ τῶνδ' ὅμοιον εἴ τι μὴ πείθω.* Eum. 142: *εἴ τι τοῦδε φροιμίου ματᾷ.* ib. 463: *εἰ μή τι τῶνδ' ἔρξαιμι —.* Suppl. 579: *σπεῦσαι τι τῶν βούλιος φέρει φρήν.* Pr. 814: *τῶν δ' εἴ τί σοι ψελλόν τε καὶ δυσεύρετον.* Pr. 833: *τῶνδε προσσαίνει σέ τι* — adjectivum appositum videmus *λοιπόν* Pr. 743: *ἢ γάρ τι λοιπὸν τῇδε πημάτων ἐρεῖς.* ib. 818: *εἰ μέν τι τῇδε λοιπὸν ἢ παρειμένον ἔχεις γεγωνεῖν τῆς πολυφθόρου πλάνης.*

Atque huic pronomini addam

οὔτις: *οὔτις θεῶν* Ag. 381. Eum. 195 (*οὔτις θεός* Eum. 656): *θυρωρῶν οὔτις* Ch. 552. *οὔτις μερόπων* ib. 1015. *οὔτις ἀνθρώπων* Eum. 692.

b. Interrogativa. Singularis *τίς*: *τίς θεῶν* Sept. 91 (*τίς ἄρα ῥύσεται, τίς ἄρ' ἐπαρκέσει | θεῶν ἢ θεᾶν*). Pr. 161. Suppl. 570. — *τίς δαιμόνων* Suppl. 207 (*τίς δαίμων* Ag. 1128 adjectivo apposito: *τίς σε κακοφρονῶν τίθη — | σι δαίμων ὑπερβαρὴς ἐμπίτνων*). *τίς ἀνδρῶν* Sept. 755. *τίς βροτῶν* Ag.

1295. Ch. 208. Eum. 385. ib. 689. *τίνα δὲ καὶ πευθήσομεν | τῶν ἀρχελείων* Pers. 295. *τίς δ' ἐμῶν ἐκεῖσε παίδων ἐστρατηλάτει* ib. 708. — Vis quaedam ac pondus continetur genetivo partitivo Ag. 267: *καὶ τίς τόδ' ἐξίκοιτ' ἂν ἀγγέλων τάχος*. Immerito Stanleius: *ἀγγέλλων*, Abreschius *ἀγγελῶν*. Ac vide quid sentiat Hermannus: „Hoc (sc. *ἀγγελῶν*) cur praestet vulgato ac non potius deterius sit, vix intellegas."

Pluralis exstat connexus cum gen. part. Ch. 103: *τίνας δὲ τούτους τῶν φίλων προσεννέπω;*

Neutri *τί* sive casu sive consilio genetivus tantummodo additur pronominis *ὅδε* Ag. 198: *τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν*. ib. 1450: *τί τῶνδ' οὐ θεόκραντόν ἐστιν*. Ch. 329: *τί τῶνδ' εὖ, τί δ' ἄτερ κακῶν*. ib. 621: *τί τῶνδ' οὐκ ἐνδίκως ἀγείρω*. ib. 840: *τί τῶνδ' ἂν εἴποις* —. Eum. 154: *τί τῶνδ' ἐρεῖ τις δικαίως ἔχειν*. Suppl. 883: *τί δ' ἠμπλάκηται τῶνδ' ἐμοὶ δίκης ἄτερ*. Substantivum accedit pronomini Pr. 83; *τί σοι | οἷοί τε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων;*

c. relativa.

1. *ὅς*. Pers. 476: *σὺ δ' εἰπὲ ναῶν αἳ πεφεύγασιν μόρον*. ib. 473: *κοὐκ ἀπήρκεσαν | οὓς πρόσθε Μαραθὼν βαρβάρων ἀπώλεσεν*, qui locus quam ob rem sit nominandus exponit Bernh. Synt. p. 153. Idem vir doctus (l. c.) singulari hujus pronominis genetivum partitivum adjectum esse dicit Sept. 800: *ἕξουσι δ' ἣν λάβωσιν ἐν ταφῇ χθονός*. At *χθονός* hoc loco ferri non posse intellexerunt viri docti. Rectissime conjecit Brunckius *χθόνα*, quod recepit Hermannus (v. ejus adnotationem).

Articuli pronominis relativi loco positi injecimus mentionem p. 44.

ὅσπερ gen. partitivum numquam sibi adjungit.

2. *ὅστις*. Pers. 500: *χὤστις μὲν ἡμῶν — ὡρμήθη*. Prom. 683: *εἰ δ' ἔχεις εἰπεῖν ὅ τι | λοιπὸν πόνων*. — Notanda est collocatio genetivi Ag. 97: *τούτων λέξασ' ὅ τι καὶ δυνατὸν καὶ θέμις αἰνεῖν* cf. Od. V, 448: *αἰδοῖος μέν τ' ἐστὶ καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν | ἀνδρῶν ὅς τις ἵκηται ἀλώμενος*.

3. *ὅσος*. Eum. 733: *ὅσοις δικαστῶν τοῦτ' ἐπέσταλται τέλος*.

4. ὅσοσπερ. Pers. 439: Περσῶν ὅσοιπερ ἦσαν ἀκμαῖοι φύσιν. de Pers. 420: ὅσαιπερ (sc. νῆες) ἦσαν βαρβάρου στρατεύματος agemus infra p. 61.

d. demonstrativa. Nullum exemplum his pronominibus appositi gen. partitivi potui invenire. de ταῦτα παλλαγμάτων Suppl. 285 dictum est p. 49.

e. θάτερος. Pr. 776: δυοῖν λόγοιν σε θατέρῳ δωρήσομαι. ib. 865: δυοῖν δὲ θάτερον βουλήσεται, κλύειν ἄναλκις μᾶλλον ἢ μιαιφόνος.

f. ἕκαστος. Sept. 56: ἕκαστος αὐτῶν. Ag. 227: ἔβαλλ' ἕκαστον θυτήρων —. Partitiva appositio, quam dicam, cernitur Pers. 135: Περσίδες δ' ἀκροπενθεῖς ἑκά | στα πόθῳ φιλάνορι — ἀποπεμψαμένη | λείπεται μονόζυξ, quem ad locum commode advocat Schillerus Il. XVI, 264: οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες — πρόσσω πᾶς πέτεται καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσιν. — Alia est ratio Ag. 413: τὸ πᾶν δ' ἀφ' Ἑλλάδος αἴας συνορμένοις | πένθεια τλησικάρδιος | δόμων ἑκάστου πρέπει. Schneidewinus nescio quo modo πρέπει construit cum genetivo δόμων vertens „blickt zum Hause heraus." At ἑκάστου genetivus est possessivus, qui pendet ab δόμων. Neque quidquam est offensionis in dativo praecedente συνορμένοις, quippe qui non liberiore ratione sit collocatus quam quos legimus Ag. 556: θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα | δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος. Pers. 743: — πλούτου πόνος | οὑμὸς ἀνθρώποις γένηται τοῦ φθάσαντος ἁρπαγή (τοῦ φθάσαντος posuit poeta nulla habita ratione dativi praecedentis ἀνθρώποις). Pers. 207: — κίρκον εἰσορῶ δρόμῳ πτεροῖς ἐφορμαίνοντα, ubi δρόμῳ dativum continuo sequitur πτεροῖς.

§ 5.

Substantiva, quibus non inest notio copiae vel multitudinis, semel construuntur cum gen. part. Suppl. 475: ὀπάονας δὲ φράστοράς τ' ἐγχωρίων | ξύμπεμψον „comites itinerisque duces ex indigenarum numero mitte."

Corollarium.

Ad finem commentationis nostrae de usu genetivi attributivi apud Aeschylum pervenimus. Quaecunque hoc in genere idonea nobis esse videbantur, studuimus explanare excutereque pro hac tenui et infirma parte. Supremum est, ut res duae quasi externae, quae adeo non parvi sunt momenti, ut multiplex neque injucunda copia nobis suppetat de iis disserendi, vocentur in disceptationem. Primum enim, quaerendum erit de ratione qua duo vel plures genetivi uni nomini apponuntur, deinde de trajectione, quam dicunt, adjectivorum.

§ 1.

Quaestionem de duorum vel plurium genetivorum cum uno nomine jungendorum ratione licet adumbraverint viri docti (Mathiae Gr. Gr. §. 380. Bernh. Synt. p. 162. Krueg. I, 47, 9, 6) vel subtilius aliquanto investigaverint Lob. ad. Ai. v. 53 et 309, cujus de hac re observationes videndae sunt siqui volent rimari subtilius) tamen, quod ne unius quidem scriptoris graeci in eo genere usum quisquam diligenter pertractavit, mirandum est. — Quapropter quam accuratissime in Aeschyleam rationem inquirere operae esse pretium existimavi. Qua in re num ego quid recte exposuerim, judicent benigne viri rerum grammaticarum periti.

a. Genetivi ita sunt adjuncti nomini, ut alter sit aptus ab altero.

α) Genetivus, qui suspensus est ab ipso nomine principali, objeetivus est: Ch. 256: *σωτῆρες ἑστίας πατρός.* Pers. 157: *θεοῦ μὲν εὐνήτειρα Περσῶν.* Sept. 163: *φιλοθύτων δέ τοι πόλεος ὀργίων | μνήστορες ἔστε μοι.* ib. 990: *δήμου προβούλοις τῆςδε Καδμείας πόλεως.* Eum. 445: *αἵματος καθαρσίου | σφαγαὶ — νεοθήλου βοτοῦ.* Pr. 893: — *λεχέων Διὸς εὐνάτειραν.* His quos posui locis genetivus possessivus, ut poscit linguae natura, sequitur genetivum objectivum. Nec tamen raro gen. poss. praecedit, subsequitur gen. obj.: Sept. 999: — *ἀναστατῆρα Καδμείων χθονός.* (Ch. 498: *τίμημα τύμβου τῆς ἀνοιμώκτου τύχης?*) ib. 740: *ψευσθεῖσα παιδὸς σπαργάνων φαιδρύντρια.*

β) Genetivus, qui pendet e nomine, subjectivus est vel possessivus. Pers. 453: *ναῶν — κῦδος — μάχης.* gen. *ναῶν* pendet ab *μάχης*, gen. *μάχης* a nomine *κῦδος*. (Schol. M. *τῆς ναυμαχίας*). ib. 839: *ἀτιμίαν — παιδὸς ἀμφὶ σώματι | ἐσθημάτων.* ib. 924: *βάρη | πόλεως γέννας πενθητῆρος.* Sept. 649: *γενείου ξυλλογῇ τριχώματος.* Ag. 35: *χέρα ἄνακτος οἴκων.* ib. 414: *πένθεια — δόμων ἑκάστου*, (quo de loco satis disputavimus p. 52). ib. 910: *θεῶν | μή τις — ὄμματος βάλοι φθόνος.* ib. 1401: *εὐνῆς παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς.* Suppl. 9: *γάμον Αἰγύπτου παίδων.* ib. 57: *ὄπα τᾶς Τηρεΐας | μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου.* ib. 281: *κληδοῦχον Ἥρας — δωμάτων — Ἰώ.* Prom. 21: *οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν* (de pronominis *τίς* collocatione comparanda est Weckleinii adnotatio a. h. l.).

γ) partitivus est Pers. 61: *τοιόνδ' ἄνθος Περσίδος αἴας | οἴχεται ἀνδρῶν.* (Ag. 551: *ἡμῖν δὲ τοῖς λοιποῖσιν Ἀργείων στρατοῦ*).

b. Genetivi ita conjunguntur cum nomine, ut alter cum eo tamquam in unam confluat notionem, cui quidem alter genetivus adnectitur.

α) Genetivus, qui unam notionem efficit cum nomine, est appositivus. Ag. 44: *διθρόνου — καὶ δισκήπτρου | τιμῆς ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδᾶν. — Ἀτρειδᾶν* gen. est appositivus cohaerens cum *ζεῦγος* (v. pag. 10). Huic complexioni adjunctus est genetivus qualitatis *διθρόνου — καὶ δισκήπτρου τιμῆς* (cf. pag. 42). — Adde sis Ag. 348: *μέγα δουλείας | γάγγαμον, ἄτης παναλώτου. δουλείας* gen. est appos., *ἄτης παναλ.* est qualitatis (cf. p. 7 et p. 42). — Quare non vereor huic generi addere genetivos possessivos ejusmodi complexionibus appositos Pers. 232: *πρὸς δυσμαῖς ἄνακτος Ἡλίου φθινασμάτων.* Verbis *δυσμαῖς φθινασμάτων* (v. pag. 6) adjectus est genetivus possessivus *Ἡλίου*. — ib. 516: *νυκτὸς ὄψις — ἐνυπνίων.* Pr. 133: *κτύπου — ἀχὼ χάλυβος.*

β) Alter genetivus, qui est possessivus, ita connectendus est cum nomine, ut alter toti huic notioni appositive addatur. — Eximium exemplum in promptu est Prom. 435: *κελαινὸς δ' Ἄιδος — μυχὸς γᾶς.* gen. *γᾶς* (poss.) cum nomine

μυχός arctissime conjunctus est, atque alter gen. *Ἄιδος* toti notioni *μυχὸς γᾶς* apponitur „Der Erdenwinkel des Hades". — Persimile est quod dicit Soph. Oed. Col. 669: *τᾶσδε χώρας — τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα;* perperam haec verba Elmsleius ita putavit esse construenda: *τᾶσδε χώρας — ἔπαυλα, τὰ κράτιστα γᾶς ὄντα.*

γ) Genetivus subjectivus conjungitur cum complexione, quae constat genetivo qualitatis et nomine primario in unam notionem coalescentibus. Prom. 898: *δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις πόνων. πόνων* gen. est qualitatis, *Ἥρας* subjectivus v. p. 27.

c. Rarissimus longe ille quidem sed vel gravissimus modus is est quo genetivi aequo et pari jure, ut ita dicam, cum nomine consociantur.

α) Gen. subj. et obj. eidem nomini adjunxit poeta Ag. 312: *τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων — φθογγὰς — συμφορᾶς διπλῆς.* ib. 1196: *τὴν — Θυέστου δαῖτα παιδείων κρεῶν.* Ch. 935: *δεσποσύνων δόμων | ἀναφυγὰς κακῶν.* Eum. 495: *βροτοσκόπων | μαινάδων τῶνδ' ἐφέρψει κότος τις ἐργμάτων* vide pag. 28 et pag. 35. — Ag. 946: Hermannus primum scripserat: *χρόνος δ' ἐπὶ πρυμνησίων ξυνεμβολαῖς ψαμμίας ἀκάτας παρήβησεν*, quorum verborum esset constructio haec: *χρόνος δὲ παρήβησεν ἐπὶ ξυνεμβολαῖς πρυμνησίων ψαμμίας ἀκάτας* „tempus defloruit post communem injectionem rudentum navis in arena stantis" (cf. Thuc. I, 108, 5: *ἐν ἀποβάσει τῆς γῆς.* ib. I, 36, 3: *παράπλους τῆς Ἰταλίας*). — Sed verba patet magis egere medicina quam ut certum de iis fiat judicium. — Dignissimum porro est commemoratu Pers. 905: *Ξέρξᾳ — Ἅιδου | σάκτορι Περσᾶν = τῷ τὸν Ἅιδην σάξαντι Περσῶν.*

β) Uterque genetivus possessivus est Suppl. 532: *Τεύθραντος ἄστυ Μυσῶν.*

Tres genetivos cum uno nomine junctos locis tribus videor mihi deprehendisse. 1) Ch. 221: *σαυτῆς ἀδελφοῦ συμμέτρου τῷ σῷ κάρᾳ | σκέψαι τομῇ προσθεῖσα βόστρυχον τριχός.* Ordo verborum ea versuum collocatione, cujus auctor est

Hermannus, fit magis perspicuus et apertior: *τομῇ προσθεῖσα σκέψαι βόστρυχον* *τ ρ ι χ ὸ ς* — *σ α υ τ ῆ ς ἀ δ ε λ φ ο ῦ συμμέτρου τῷ σῷ κάρᾳ*. — 2) Eum. 570: *αἰτίαν δ' ἔχω | τῆς τοῦδε μητρὸς τοῦ φόνου.* Utroque loco genetivos esse omnes possessivos videmus. — Aptior etiam locus ad considerandum est Ch. 935: *δεσποσύνων δ ό μ ω ν | ἀναφυγὰς κ α κ ῶ ν καὶ κ τ ε α ν ῶ ν τ ρ ι β ᾶ ς ὑπὸ δυοῖν μιαστόροιν:* gen. subj. *δεσποσύνων δόμων* aeque atque obj. *τριβᾶς*, unde insuper pendet obj. *κτεάνων*, referuntur ad nomen *ἀναφυγάς*.

§ 2.

De adjectivorum trajectione.

Lobeckius (ad Ai. v. 7) haec habet: „quibus haec res regatur finibus, nemo tradidit neque dictu facile est. — Per quos gradus a lenibus principiis huc usque provecta sit transferendi audacia et quid fuerit audentibus extremum, quaerimus incassum, ne codicum quidem auctoritatibus satis confisi qui inter se persaepe discrepant.“ — His, quae dixit vir summus, quin universe adsentiar, facere non possum. Verum enim vero ne in hoc quidem dicendi genus, dico epithetorum trajectionem, quod quisquam singillatim inquisivit, causa est, cur natura illius et usus quodammodo crassis occulta et circumfusa latebris adhuc lateant. Conscripsit sane G. R. Schmidt. dissertatiunculam „de epitheti in periphrasi substantivorum trajectione“ Progr. gymn. Torg. 1849. Sed quum is rem non tam absolvat quam leviter perstringat atque significet, minime mihi quae dat satisfaciunt. Adde quod Sophoclem fere solum respicit. — Quod quum ita sit, haud alienum esse arbitratus explicare, quae Aeschylea sit ratio adjectiva traiciendi, exempla congesta propono.

A.

Ipsius (genuini) genetivi natura quandoquidem ea est, ut nomen, quocum ille conjunctus est, distinctius definiatur, nomen et genetivum pro simplici atque una notione accipi posse quum per se pateat tum ego nonnumquam leviter significavi data occasione in hujus libelli prolusione.

Holzweissig. l. c. p. 36: „Der Genetiv dient zur näheren Bestimmung eines Nomens — durch Combination zweier zu einer concreten Einheit des Begriffes.“ —

α) Quibus profligatis collustrentur primum, quippe quae vel maxime huc spectent, circumlocutiones. His tamen substantivis circumloquendo inservientibus, quorum jam supra passim inchoavimus mentionem, alia quaedam sunt adscribenda, quae hoc ipso loco optime proferentur. — Antequam autem trajectionis circumlocutione effectae excitem exempla, memorabuntur loci ii, quibus adjectivum, quamvis trajectionis figura cum primario nomine sit copulatum, ejusdem tamen est generis cujus genetivus. Ch. 886: *φίλτατ' Αἰγίσθου βία* (Schol. M. *ἀντὶ τοῦ ὦ Αἴγισθε*) cf. p. 15. — Ag. 295: *φλογὸς μέγαν πώγωνα — φλέγουσαν* cf. p. 18. — ib. 739: *θράσος μελαίνας — ἄτας, εἰδομέναν τοκεῦσιν* (*θράσος ἄτας* = *θρασεῖα ἄτα* v. p. 18). — Maxime est idoneum quod ponatur Sept. 288: *ποῖον δ' ἀμείψεσθε γαίας πέδον | τᾶσδ' ἄρειον*, ubi *γαίας* cum *πέδον* tam arcte cohaeret, ut quasi ad libidinem genera permutet poeta. Etsi enim *ἄρειον* generis est neutrius sicut *πέδον*, genetivus tamen *τᾶσδ'* non genus habet nominis *πέδον* sed genetivi *γαίας*. Schol. 14: *ἐὰν ταύτην, φησί, τὴν γῆν προδῶτε τοῖς πολεμίοις, ποίαν βελτίονα αὐτῆς εὑρήσετε;* —

Sed jam ultra progrediendum erit, ordiendum autem ab enumeratione substantivorum, qualia sunt *πέδον*, *οὖδας*, *πλάξ*, *τόποι* etc. Haec enim imprimis apud Aeschylum cum genetivo ita faciunt periphrasin, ut una inde oriatur notio.

1. *πέδον*. Pr. 1: *χθονὸς — τηλουρὸν — πέδον* quae verba plane idem indicant atque *τηλουρὸν χθόνα· χθὼν* enim non est „orbis terrarum“ sed „terra“ cf. *τηλουρὸν γῆν* ib. 805. — Sept. 288: *ποῖον δ' ἀμείψεσθε γαίας πέδον τᾶσδ' ἄρειον* (cf. quae paullo supra hoc de loco disputavimus). — Suo igitur jure reposuerunt Weckleinius Pr. 827: *Μολοσσὰ γῆς πέδα* (*M. δάπεδα*) et Krusius Suppl. 303: *Λιβύη μέγιστον γῆς πέδον καρπουμένη* (Porsonus lacunam, quam ostendit M. inter *μέγιστον* et *καρπουμένη*, voce *ὄνομα* expleverat). — Contra adjectivum legitime non nomini principali

sed genetivo adjungitur Suppl. 250: *αὐτῆς δὲ χώρας Ἀπίας πέδον τόδε.* — adjectivum omnino omissum est Pr. 732: *λιποῦσα δ' Εὐρώπης πέδον.* —

2. *οὖδας.* Ag. 481: *ἰὼ πατρῷον οὖδας Ἀργείας χθονός.* Suppl. 996: *λιπαροῖς χεύμασι γαίας τόδε μειλίσσοντες οὖδας.*

3. *πλάξ.* Pers. 709: *κενώσας πᾶσαν ἠπείρου πλάκα.* Schol. M.: *τὸ ἅπλωμα, περιφραστικῶς τὴν ἤπειρον.* —

4. *τόποι.* Eum. 288: *χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς.* neque spectat aliorsum Ag. 178: *παλιρρόχθοις ἐν Αὐλίδος τόποις.* (Non minus apparet circumlocutio adjectivo quamvis non addito Pers. 445: *πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων.* ib. 787: *ἐν Ἑλλάδος τόποις.* Suppl. 227: *ἀφ' Ἑλλάδος τόπων*). —

5. *πεδίον.* frg. 150: *δελφινοφόρον πόντου πεδίον* (codd. *δελφινηρὸν* emendavit Barnesius). —

Sequantur reliqua circumlocutionis exempla: Ag. 295: *φλογὸς μέγαν πώγωνα — φλέγουσαν.* ib. 738: *θράσος ἄτας, εἰδομέναν τοκεῦσιν.* Ch. 886: *φίλτατ' Αἰγίσθου βία.* Suppl. 970: *παρθένων χλιδαῖσιν εὐμόρφοις ἔπι.* cf. pag. 17. — Prom. 91: *τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου.* — Pers. 743: *μὴ πολὺς πλούτου πόνος | οὑμός.* — *πλούτου πόνος* (v. p. 17) = „divitiae labore partae" (Schol. rec.: *ὁ πολὺς πλοῦτος ὁ ἀπὸ τοῦ ἐμοῦ πόνου κατορθωθείς*). Schol. M.: *ὁ πολὺς πλοῦτος — ὁ ἐμός.* Itaque Sept. 567, ubi M.: *τριχὸς δ' ὀρθίας πλόκαμος ἵσταται,* perbene Wakefieldus conjecit *ὄρθιος,* quod adripuit Blomfieldus versus causa antistrophici scribens: *καὶ τριχὸς ὄρθιος πλόκαμος ἵσταται.*

β) Hactenus mihi videor de circumlocutionum ratione quid sentirem potuisse dicere: nunc ea videamus adjectiva quae propter ipsam genetivi cum nomine primario juncturam arctissimam convertuntur. Ag. 482: *δεκάτῳ* (sic libri) *σε φέγγει τῷδ' ἀφικόμην ἔτους,* ubi Stanleium secutus Wunderus scribendum esse censuit *δεκάτου,* quod recepit Kirchhoffius. Sed nihil mutandum est. Inspiciatur pervelim Bernh. Synt. p. 427 adnotatioque Schneidewini a. h. l.: „Der Herold fängt an, als wollte er bloss sagen *δεκάτῳ ἔτει ἀφικόμην σε.* Indem er aber hinzusetzen will, am heutigen Tage kehre er

nach zehnjähriger Abwesenheit zurück, verbindet er *φέγγει τῷδε* mit *δεκάτῳ* und fügt *ἔτους* bei, welches mit *φέγγει* zu Einem Begriffe verschmilzt, während wir *δεκάτου* erwarten." Huc etiam dicit pertinere Bernh. l. c. Ch. 1067: *ἀνδρὸς βασίλεια πάθη* „Königsleiden des Mannes" cf. p. 42.

Eodem constructionis poeticae jure conjuncta videmus haec: Sept. 108: *παρθένων ἱκέσιον λόχον* = *παρθένων ἱκεσίων λόχον*. ib. 587: *ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει* = *ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστων γένει*, neque igitur habuerunt editores quod Sept. 1062 in locum scripturae *ἀλλοδαπῷ κύματι φωτῶν* M. codicis auctoritate confirmatae inducerent *ἀλλοδαπῶν*.

B.

Alterum trajectionis adjectivorum genus adhibet poeta, ubi eo quod primario nomini adnectit adjectivum, ejus vim studet augere atque intendere. Nobilissimum legitur exemplum Sept. 332: *βλαχαὶ δ' αἱματόεσσαι | τῶν ἐπιμαστιδίων | ἀρτιτρεφεῖς βρέμονται:* permagna enim audacia poetica haec sunt dicta pro *βλαχαὶ τῶν αἱματοέντων ἐπιμαστιδίων ἀρτιτρεφῶν* (cf. adnotationem Scholiastae M.). — Addimus Ag. 1471: *ὁμοσπόροις ἐπιρροαῖσιν αἱμάτων* (Obiter tangam illud Ag. 1426: *κράτος ἰσόψυχον ἐκ γυναικῶν* = *κράτος ἐξ ἰσοψύχων γυναικῶν* v. quae adnotavit Engerus a. h. l.). — Ag. 1174: *χεῖρας κρεῶν πλήθοντες οἰκείας βορᾶς* (adj. *οἰκείας* legitime applicandum fuit voci *κρεῶν*). — Eum. 598: *ἀπεύχῃ μητρὸς αἷμα φίλτατον.* — Minus autem insolenter dictum videbitur Sept. 664: *ἀνδροῖν δ' ὁμαίμοιν θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος* (Schol. M. *ὅταν ἀδελφοὶ αὐτοκτόνοι γένονται, καὶ οὕτως αὐτῶν ὁ θάνατος γένηται*) ei qui considerabit Sept. 869: *ἀντιφόνων | θανάτων ἀραί.* Ag. 1490: *ξιφοδηλήτῳ | θανάτῳ.* ib. 1543: *θανάτοις αὐθένταισι.*

Verum juncturarum speciei illi debet adnumerari Eum. 320: *ματρῷον ἅγνισμα κύριον φόνου.* ib. 708: *πρωτοκτόνοισι προστροπαῖς Ἰξίονος.* Sept. 707: *τὰς περιθύμους | κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος.* Pers. 247: *τοῦδε γὰρ δράμημα φωτὸς Περσικὸν πρέπει μαθεῖν.* Perperam Blomfieldum emendavisse *Περσικοῦ* recte judicat Lob. ad Ai. l. c. — Adhuc

sub judice est lis de Ag. 49: *οἵτ' ἐκπατίοις | ἄλγεσι παίδων* et ibid. 53: *δεμνιοτήρη | πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες.* Locum priorem intellegit Schol. rec. hunc in modum: *δέον δὲ εἰπεῖν ἐκπατίων παίδων ἐκπατίοις εἶπε πρὸς τὸ ἄλγεσι.* Equidem quamquam rem difficillimam me non posse enodare libenter fateor, adjectivum tamen *ἐκπατίοις* ad ipsum referam dativum *ἄλγεσι.* Schol. M.: *τοῖς ἔξω τῆς ὁδοῦ.* Hesych.: *ἐκπάτιον, τὸ ἔξω πάτου.* Schneidewinus reddit „enormis“ conferens intpp. Greg. Cor. p. 566. Neque secius loco posteriore, ubi *δεμνιοτήρη* ad genetivum repetendum esse putat Hesychius (*δεμνιοτήρη πόνον. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, καθόσον οἱ νεοσσοὶ ἔτι τοιοῦτοί εἰσιν ὡς τὰ δέμνια τηρεῖν καὶ κατέχειν, μηδέπω πέτεσθαι δυνάμενοι. πόνον δὲ τὰ περὶ τὴν τροφὴν αὐτῶν*) in Hermanni transeo sententiam: „*δεμνιοτήρης πόνος ὀρταλίχων* est cubiliprema cura pullorum sive labor, quem parentes pullis incubando sustinuerunt.“ Quacum explicatione concinere videntur verba Schol. M.: *ὀλέσαντες δὲ τὸν πόνον τῶν ὀρταλίχων, τὸν ἐν τοῖς δεμνίοις τηρούμενον.*

Ceterum, ut hoc addam, pronomina traicit Aeschylus perraro: Pers. 604: *τοία κακῶν ἔκπληξις ἐκφοβεῖ φρένας* = *τοίων κακῶν ἔκπληξις.* — (de Pers. 743: *πολὺς πλούτου πόνος | οὑμός* egimus p. 17). — Prom. 112 liber Mediceus haec verba exhibet scripta: *τοιάσδε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω.* Weckleinius, quem secutus est Kirchhoffius, adsumpsit conjecturam Stanleianam a Schützio comprobatam *τοιῶνδε* coll. Pr. 557: *τίνος ἀμπλακίας ποινὰς ὀλέκῃ* et 619: *ποινὰς δὲ ποίων ἀμπλακημάτων τίνεις.* At nulla opus est mutatione. Prorsus enim eadem ratione dictum est Ch. 40: *τοιάνδε χάριν ἀχάριτον ἀπότροπον κακῶν*, quamquam ne eo quidem loco codicis scripturam retinendam esse sibi persuaserunt Schützius (*τοιῶνδε*) et Bothius (*τῶνδε*). — Mihi quidem illud Pers. 604 et hoc Ch. 40 intuenti, quin *τοιάσδε* vera sit lectio, extra omnem aleam dubitationis videtur esse positum.

Postremo adjectivum *πᾶς*, etsi huic ordini non potest subjungi, nominetur Pr. 821: *τὸ πᾶν πορείας — τέρμα* = *τὸ πάσης πορείας τέρμα.*

II.

De genetivo praedicativo.

Excepto Pers. 421: *πᾶσα ναῦς ἠρέσσετο, ὅσαιπερ ἦσαν βαρβάρου στρατεύματος*, ubi haud scio an partitivus potius sit habendus genetivus *βαρβ. στρατ.* (gehörten — zu —) quam possessivus, genetivus possessivus solus ab Aeschylo ita conjungitur cum substantivis intercedente verbo substantivo *εἶναι*, ut praedicamenti obtineat locum. (Gen. materiae et qualitatis non usurpari praedicative significavimus pag. 44).

a) Subjectum est substantivum Ag. 256: *Τροίαν Ἀχαιῶν οὖσαν*. Suppl. 565: *φυσίζοον γένος τόδε | Ζηνός ἐστιν ἀληθῶς*. — Aptissimum, ad quod animum advertamus, legitur exemplum Eum. 728: *μήτηρ γάρ οὔτις ἐσσὶν ἥ μ' ἐγείνατο. | τὸ δ' ἄρσεν αἰνῶ πάντα, πλὴν γάμου τυχεῖν | ἅπαντι θυμῷ, κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός* „ut Eurip. Electr. v. 1102: *οἱ μέν εἰσιν ἀρσένων, οἱ δ' αὖ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός*. „Estque elegans iste usus *τοῦ εἶναι* et *γίγνεσθαί τινος* pro „teneri ac deditum esse" *ἔχεσθαι τοῦ* aut *ἑλέσθαι τινά*" Abreschius.

Modo peculiari genetivus pronominis personalis praedicative ponitur Eum. 895: *τοιαῦτα σοὔστι* (M. habet *τοιαῦτα σοῦ 'στι*). Contra possessivi pronominis occurrunt exempla Suppl. 785: *σὸν δ' ἐπίπαν ζυγὸν | ταλάντου*. Eum. 724: *ἐμὸν τόδ' ἔργον*. —

Interdum verbum substantivum est intellegendum Pers. 204: *δαίμοσιν — ὧν τέλη τάδε*. Sept. 4: *εἰ μὲν γὰρ εὖ πράξαιμεν, αἰτία θεοῦ*. Ch. 462: *θεῶν [τῶν] κατὰ γᾶς ὅδ' ὕμνος*. „*ταῦτα τὰ ᾄσματα τοῖς κατὰ γῆς θεοῖς πρέπει, καὶ οὐ τοῖς οὐρανίοις*" Schol. M. Eum. 572: *ὑμῶν ὁ μῦθος· εἰσάγω δὲ τὴν δίκην*. ib. 1020: *σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἔνδαιδες οἴκων | Παλλάδος ἀστοῖς*, quae verba vertit Hermannus: „Pax in omne tempus cum lumine taedarum in sedibus (Furiarum) Palladis civibus." *οἴκων* igitur pro genetivo praedicativo accipiendum esse amisso verbo substantivo facile intellegitur. (Schol. M.: *τῆς εὐπραγίας ἡ αἰτία ἐπὶ*

τοὺς θεούς — ἀναφέρεται addunt recc.) — Sept. 101: πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός recte dicit Schuetzius subaudiri ἀκούεται.) — Ag. 446: ἐν δ' αἰστοις τελέθοντος οὔτις ἀλκά „obscuri ejus nulla vis est" cf. Weckl. „Studien zu Aeschylus" p. 23. — Addatur Suppl. 23: ὧν πόλις, ὧν γῆ καὶ λευκὸν ὕδωρ | ὕπατοί τε θεοί, καὶ βαρύτιμοι | χθόνιοι θήκας κατέχοντες, καὶ Ζεὺς σωτὴρ τρίτος —, δέξαιθ' ἱκέτην | τὸν — στόλον —. Hermannus comprobavit quod exhibet codex Robortelli ὦ πόλις ὦ γῆ. Sed non est quod recedamus a lectione codicis Medicei ὧν πόλις, ὧν γῆ sc. ἐστί. Ac merito comparari jubet Burgesius Vergilianum „Di, quibus imperium est coeli terraeque marisque et Ennianum „Jupiter, tuque deum summe Sol, res omnes qui inspicis, Quique lumine tuo maria, coelum ac terram conseris"?

Sed ne quid videar negligere, genetivus rei possessivus exstat Ag. 367:

„οὐ γάρ ἐστιν ἔπαλξις
πλούτου πρὸς κόρον ἀνδρὶ
λακτίσαντι μέγαν Δίκας
βωμὸν εἰς ἀφάνειαν.

(verba sunt jungenda οὐ γάρ ἐστιν ἔπαλξις πλούτου — εἰς ἀφάνειαν) nisi mavis legere ἔστιν, ut πλούτου genetivus sit appositivus, cujusmodi posui exempla pag. 4: Suppl. 445: μηχανὴ συζωμάτων frg. 129. — Soph. Ai. 159: πύργου ῥῦμα. ib. 1076: πρόβλημα φόβου καὶ αἰδοῦς.

b) Subjectum est infinitivus, quo convenire alicui aliquid denotatur. Ag. 904: οὔτοι γυναικός ἐστιν ἱμείρειν μάχης. ib. 1313: τοῦ δρῶντός ἐστι καὶ τὸ βουλεῦσαι πέρι (Interpretatur Scholefieldus „qui aliquid facturus sit, eum etiam deliberare decet de re gerenda". Schuetzius πέρι mutavit in πέρα). — frg. 369: ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἐνδίκων τε καὶ σοφῶν | ἐν τοῖς κακοῖσι μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς. [Εὐριπίδου apud Stobaeum 108, 43, qui habet ἀνδρῶν τάδ' ἐστιν —. „mihi vero gravitate digni videntur Aeschyli, cui tribuuntur a Plutarcho etc." Valck. Diatr. in Eur. perd. dram. rel. pag. 238]. — Neutrum pronominis ὅδε tam in singulari quam in

plurali numero positum infinitivo praemittitur — Ag. 1636: *οὐκ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη, φῶτα προσσαίνειν κακόν.* Sept. 212: *ἀνδρῶν τάδ' ἐστί, σφάγια καὶ χρηστήρια | θεοῖσιν ἔρδειν.* — Ag. 1349 habent libri: *εἰ δ' ἦν πρεπόντων ὥστ' ἐπισπένδειν νεκρῷ.* — F. A. Wolfius ad Demosth. Sept. p. 217 dictum esse existimavit *ἦν πρεπόντων* pro *ἦν πρέπον.* — At in ejusmodi circumlocutionibus genetivo articulum esse adiciendum declaraverunt Blomfieldus ac Wellauerus. Hermannus, qui pluribus de emendandis illis verbis disseruit, Aeschylum putavit scripsisse: *εἰ δ' ἦν πρέπον τῷδ' ὥστ' ἐπισπένδειν νεκρῷ.* Magis mihi adridet, quod reposuit Schneidewinus: *πρέπον, τοιῷδ' ἐπισπένδειν νεκρῷ.*

Ac ne illud quidem est negligendum eodem sensu cum genetivo consociari

α) praepositionem *πρός.*

Ag. 570: *ἦ κάρτα πρὸς γυναικὸς αἴρεσθαι κέαρ.* ib. 1607: *τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς* (cf. Soph. Ai. 319, 581, 1071. Ar. Ran. 541. Plut. 355. Thesm. 177. — Schol. ad Ai. 581. Schol. ad Av. Plut. 355. — Valck. ad schol. in Eurip. Phoen. 1686. Abreschius animadv. I, p. 319).

Nec non cum genetivo substantivi abstracti legitur haec praepositio: Ch. 685: *πρὸς δυσσεβείας* [*δ'*] *ἦν ἐμοὶ τόδ' ἐν φρεσίν, τοιόνδε πρᾶγμα μὴ καρανῶσαι φίλοις* = *δυσσεβὲς ἦν* (cf. Soph. O. C. 548 — *ἔχει δέ μοι — πρὸς δίκας τι.* O. R. 1014: *ἆρ' οἶσθα δῆτα πρὸς δίκης οὐδὲν τρέμων*).

β) vocabulum *ἔργον.*

Ch. 653: *εἰ δ' ἄλλο πρᾶξαι δεῖ τι βουλιώτερον, ἀνδρῶν τόδ' ἐστιν ἔργον, οἷς κοινώσομεν.* — Similiterque Eum. 724: *ἐμὸν τόδ' ἔργον, λοισθίαν κρῖναι δίκην.* Pr. 634: *σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν.*

III.

De genetivo cum adjectivis conjugato.

§ 2.

Ab adjectivis, quae sunt deducta a verbis transitivis quaeve iis respondent, agendi capiemus primordia. Genetivus est objectivus.

a.

Privum primum locum quae obtineant videntur mihi digna esse adjectiva in — *τήριος* exeuntia.

1) *θελκτήριος* (aptus ad permulcendum)[1]) Suppl. 430: *γένοιτο μύθου μῦθος ἂν θελκτήριος*. sine genetivo: Eum. 81: *θελκτηρίους | μύθους*. Suppl. 971: *ὄμματος θελκτήριον | τόξευμα*, ubi *ὄμματος* pertinet ad *τόξευμα*. — Neutrum vim substantivi est nactum Eum. 868: *γλώσσης ἐμῆς. μείλιγμα καὶ θελκτήριον* = lenimentum. Ch. 651: *καὶ θερμὰ λουτρά καὶ πόνων θελκτήρια* cf. p. 31.

2) *κινητήριος*. Suppl. 431: *ἀλγεινὰ θυμοῦ κάρτα κινητήρια*. absolute ponitur ib. 295: *βοηλάτην μύωπα, κινητήριον*.

3) *σωτήριος*. Cum genetivo construitur: Eum. 691: *ἔρυμά τε χώρας καὶ πόλεως σωτήριον*. — Ch. 228: *δακρυτὸς ἐλπὶς σπέρματος σωτηρίου*. Perscripsi verba ita ut exstant exarata in codice Mediceo et quae vertit Stanleius: lacrimabilis spes feminis salutaris. Eximia tamen est emendatio Schützii: *σωτήριος*, qua fit sententia haec: „o saepe (Ipsius Schützii sunt verba) jam defleta spes, generis paterni sospicatrix". Compara Schützii conjecturam Suppl. 392.

Dativus, qui est commodi, additur huic adjectivo Sept. 166: *ἢ ταῦτ' ἄριστα καὶ πόλει σωτήρια* perinde atque adjectivo

1) Similiter sunt formata δραστήριος Sept. 1025. πρακτήριος Suppl. 506. εὐθυντήριος Pers. 755. πενθητήριος Ch. 8. — προστατήριος Ag. 940 c. gen.: δεῖμα προστατήριον | καρδίας = „juxta praecordia situm" Blomf. gloss. s. v.

μειλικτήριος (cf. p. 31). Pers. 608: *ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια.* vide etiam Ch. 15: *νερτέροις μειλίγματα.*

Genetivus omittitur Ag. 624. Ch. 492. Eum. 767. Suppl. 203. ib. 391, 402. — de Suppl. 735: *πεισμάτων σωτήρια* quaesivimus supra pag. 49 seqq.

4) *ζευκτήριος.* Pers. 727: *γέφυραν γαῖν δυαῖν ζευκτηρίαν.* Schol. M.: *τὸν Ἑλλήσποντον ὃς ζεύγνυσιν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην.* — frg. 350: *πάτερ Θέοινε, Μαινάδων ζευκτήριε.*

5) *ἀλεξητήριος* (cf. Blomf. gloss. ad Sept. s. v.) Sept. 8: *οἰμώγμασίν θ' ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος ‖ ἐπώνυμος γένοιτο. Καδμείων πόλει:* de dativo v. paullo infra.

6) *βουλευτήριος.* Sept. 558: *κακῶν τ' Ἀδράστῳ τῶνδε βουλευτήριον.* dativus *Ἀδράστῳ* plane eadem ratione appositus est atque Pr. 611: *πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ' ὁρᾷς Προμηθέα,* neque dissimile est quod jam memoravimus Sept. 8. cf. Pr. 466 (pag. 67) Eum. 63.

7) *δατήριος.* Sept. 694: *ὄψεις, πατρῴων χρημάτων δατήριοι.* Schol. M.: *μερισταί.* cf. ib. 920: *πικρὸς δὲ χρημάτων | κακὸς δατητὰς Ἄρης.* ib. 712: *κτεάνων χρηματοδαίτας | πικρός, εὐμόφρων σίδαρος.*

8) *λυμαντήριος.* Ch. 745: *στείχω δ' ἐπ' ἄνδρα τῶνδε λυμαντήριον | οἴκων.* Ag. 1392: *κεῖται γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος,* quo de loco fusius erit agendum. Hermannus enim quamquam censuit Aeschylum *λυμαντὴρ ὅδε* vel *λυμαντὴρ νεκρός* fuisse dicturum, excidisse tamen ante hunc versum aut post eum alium versum, in quo nomen aliquod substantivum fuisset, maluit statuere; quare istam lacunam loco, quem jam posuimus, collato Ch. 745, explevit ita: *κεῖται, γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος ἀνήρ, θυγατρὸς τῆς ἐμῆς φονεὺς ὅδε.* Ego quidem habeo persuasissimum neque excidisse quidquam neque *ὅδε* sive *ἀνήρ* scripsisse poetam. Nolim vir summus confugisset ad lacunam illam intelligendam, quum res esset apertissima. Subjectum, ut dicam quod sentio, inest in verbo *κεῖται* (Recte igitur Engerus „da liegt er, der —"). Confero ego, ut sententiam meam defendam Pr. 1050; ubi simillimo modo subjectum (v. Weckl. adn. a. h. l.) „er" cogitandum est ad *ῥίψειε* et *θανατώσει* ex nexu sententiarum.

— Addo Pr. 992 — Ag. 381, ubi *θεός* subjectum sumendum est ex *οὔτις θεῶν*, neque dissimile est ib. 69 (Schol. M. *λείπει τὸ τις*). — Sed mitto plura nominare exempla hoc unum agens, locus ut clariore in luce collocetur, ut exidisse prorsus nihil appareat. Itaque redeo ad usum adjectivi, de quo quaerimus. Absolute *λυμαντήριος* usurpatur Pr. 990: *πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια.*

9) *θρεπτήριος.* Cum pronomine possessivo genetivi pronominis personalis loco posito coagmentari posse hoc adjectivum cognoscitur loco Ch. 532: *μαστὸν ἐμὸν θρεπτήριον* (Schützius *ἐμοῦ*). — Non minus insolenter passive positum est Ch. 6: *πλόκαμον Ἰνάχῳ θρεπτήριον* crinem Inacho „nutritum“ cf. Blomf. gloss. s. v. et Eustath. ad Il. II, p. 165.

10. *λυτήριος.* Eum. 294: *θεὸς | ὅπως γένοιτο τῶνδ' ἐμοὶ λυτήριος.* de dativo *ἐμοί* vide supra p. 65 s. *βουλευτήριος.* Vexatissimus locus est Ch. 898: *καὶ τότ' ἤδη πλοῦτον | δωμάτων λυτήριον κτλ.* Parum enim constat de scriptura pariter atque sententia horum versiculorum. — Casus deest huic adjectivo Sept. 159 — *δαίμονες λυτήριοι* — Eum. 636: *μηχανὴ λυτήριος.* Suppl. 1039: *λυτηρίοις μηχαναῖς.* ib. 258: *τούτων ἄκη τομαῖα καὶ λυτήρια πράξας* (genetivum *τούτων* ab *ἄκη* suspensum esse ostendunt exempla quae enumeravi p. 31.

11) *ἐλατήριος.* Ch. 962: *ὅταν ἀφ' ἑστίας μύσος πᾶν ἐλαθῇ* (M. *ἐλάσει* correxit Kayserus) *καθαρμοῖσιν ἀτᾶν ἐλατηρίοις.* Omnes libri: *καθαρμοῖς ἅπαν ἐλατήριον.* Schützius emendavit: *καθαρμοῖς ἀτᾶν ἐλατηρίοις.* Schol. M. explicat: *ἐλατήριον δὲ τὸ καθαρτικὸν φάρμακον.*

b.

Adjectiva in *-τήριος* desinentia commode nos traducunt ad cognata, quae — *τήρ* et — *τωρ* syllabis terminantur. Saepe enim ab Aeschylo hujusmodi voces non substantivorum sed adjectivorum instar esse positas ante Brunckium jam vidit Abreschius, ut monet Schützius ad Sept. v. 209.

α) adjectiva in *τήρ* cadentia. cf. *δαϊκτὴρ γόος* Sept. 893.

1) *μαστικτήρ.* Suppl. 449: *ἤκουσα μαστικτῆρα καρδίας λόγον. μαστικτῆρα* emendatio est Aurati. In M. legitur: *μα-*

κιστῆρα, adscripto in ima pagina *μακιστῆρα ἰόν*. Hesychius: *μακίστης, βέλος. τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ μεγάλου.* — Schützius codicis lectionem Hesychii adsumpta interpretatione defendit: „audivi sermonem cor meum teli instar pungentem.“ Similiter autem dici Ch. 369: *τοῦτο διαμπερὲς οὖς | ἵκεθ' ἅπερ τι βέλος.* — Hermannus Scholiastae M. adnotatione commotus hac: *ἤκουσα λόγον καρδίας δηκτικόν* duxit scriptum fuisse *δακνιστῆρα.* — Ut mea fert opinio, neque Schützii ratio probanda est neque Hermanni, quum quod scripsit Auratus quam maxime ad vestigia literarum accedat aptissimumque sit sententiae; cf. Eum. 159: *πάρεστι μαστίκτορος | δαΐου δαμίου | βαρὺ τὸ περίβαρυ κρύος ἔχειν* et quae ibi proxime antecedunt: *ἐμοὶ δ' ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων μολὸν ἔτυψεν δίκαν διφρηλάτου μεσολαβεῖ κέντρῳ ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβόν*: ignominiam enim (*ὄνειδος*) aurigae instar (Schol. M. *ὡς ἡνίοχος ἔτυψέ με*) stimulo animum percutere fingit poeta.

2) *δοτήρ.* Pr. 611: *πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ' ὁρᾷς Προμηθέα.* de dativo *βροτοῖς* v. p. 65 et p. 66.

3) *ἐλατήρ.* Pers. 33: *ἵππων τ' ἐλατὴρ Σοσθάνης.*

4) *ἐποπτήρ.* Sept. 623: *θεοὺς γενεθλίους καλεῖ πατρῴας γῆς ἐποπτῆρας λιτῶν τῶν ὧν γενέσθαι* (Schol. M. *βοηθοὺς γενέσθαι.* de adj. *ἐπόπτης* pariter usurpato vide infra p. 70.

5) *εὐθυντήρ.* Suppl. 683: *οἴακος εὐθυντῆρος ὑστάτου νεὼς* (M. *συνουτῆρος*).

6) *ἐπαμβατήρ.* Ch. 272: *σαρκῶν ἐπαμβατῆρας — λειχῆνας ἐξέσθοντας ἀρχαίαν φύσιν.*

7) *βρωτήρ.* Eum. 791: *βρωτῆρας αἰχμὰς σπερμάτων ἀνημέρους.* Schol. M.: *σταλάγματα αἰχμαί εἰσι βιβρώσκουσαι τὰ σπέρματα.* frg. 203: *ἀλλ' ἱππάκης βρωτῆρες εὔνομοι Σκύθαι.*

Attingunt nostram causam etiam feminina in — *τειρα* exeuntia.

1) *τινάκτειρα*[1]). Pr. 923: *θαλασσίαν τε γῆς τινάκτειραν νόσον | τρίαιναν.*

1) Similes formae sunt βαρυδότειρα Sept. 955. ib. 970. (ἀνδρολέτειρα Sept. 297.) subst. εὐνήτειρα Pers. 157. Pr. 894.

2) *κτεάτειρα.* Ag. 343: *νὺξ φιλία | μεγάλων κόσμων κτεάτειρα.*

β) adjectiva in -*τωρ* desinentia[1]).

1) *δαΐκτωρ.* Suppl. 762: *πρὶν δαΐκτορος βίᾳ | καρδίας γάμου κυρῆσαι.* Schol. M.: *τοῦ γάμου δαϊκτῆρος τῆς καρδίας μου.* (adj. *δαϊκτήρ* eundem habet significatum Sept. 893: *δαϊκτὴρ γόος.*)

2) *πορθήτωρ.* Ag. 871: *τὸν σὸν πόδα — πορθήτορα.* Substantivum est Ch. 971.

3) *ῥύτωρ.* Sept. 301: *καὶ πόλεως ῥύτορες εὖ | εδροί τε στάθητ' ὀξυγόοις λιταῖσιν.* M.: *ῥύτορες.* Cetere: *ῥυτῆρες.* Hermannus emendavit *ῥύτορες.* — Idem valet *ῥύσιος* forma c. gen. v. infra.

c.

Reliqua adjectiva respondentia verbis, quae cum accusativo conjunguntur, jam enumerentur:

εὐθήμων „recte disponens". Ch. 77: *δμωαὶ γυναῖκες, δωμάτων εὐθήμονες.* Schol. M.: *εὐθήμονες: τοῦτ' ἔστιν ὑπερέτιδες εὖ τιθεῖσαι τὰ κατὰ τὸν οἶκον.* (passivam hujus vocis significationem ponit Hesychius: *εὔθετον, εὐσχήμονα.* Verum active dicuntur formae persimiles apud Aeschylum *πενθήμων* Ag. 404. *ἀξυνήμων* ib. 1013).

δέσμιος „vinciens". Eum. 302: *ὕμνον — τόνδε δέσμιον σέθεν.* ib. 326, 337: *ὕμνος ἐξ Ἐρινύων, δέσμιος φρενῶν.* Schol. M.: *ὁ δεσμεύων αὐτοῦ τὰς φρένας.*

καθάρσιος „expurgans". Eum. 63: *ἰατρόμαντις δ' ἐστὶ καὶ τερασκόπος | καὶ τοῖσιν ἄλλοις δωμάτων καθάρσιος.* vide adn. Schol. M. ib. 568: *φόνου δὲ τοῦδ' ἐγὼ καθάρσιος.* passivam habet vim = „expiabilis" Sept. 663. *αἷμα — καθάρσιον* Eum. 445 id.

ὀλέθριος „pessumdans". Ag. 1110: *ἰὼ γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι φίλων.*

---

1) Ad formam conferri debent συνίστορα Ag. 1044. θέλκτορι Πειθοῖ Suppl. 1007. χερὶ πράκτορι Ag. 110. — Suppl. 621 (subst. est Eum. 315) μαστίκτωρ Eum. 159. μνήστωρ Sept. 164. πολυμνήστωρ Suppl. 518.

ῥύσιος „servans" Suppl. 138: *ἀδμήτας ἀδμήτα | ῥύσιος γενέσθω.* Schol. M. adnotavit: *ἀντὶ τοῦ ῥυσάσθω ἡ παρθένος ἡμᾶς τὰς παρθένους.* cf. supra *ῥύτωρ.*

ἐπαγωγός „adferens" frg. 55, 5: *μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν.*

διάδοχος „alterius vice aliquid in se recipiens" (cf. Soph. Ph. 867: *φέγγος ὕπνου διάδοχον.* Eur. Suppl. 71: *ἀγὼν — γόων | γόοις | διάδοχος*) — Prom. 1026: *πρὶν ἂν θεῶν τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων | φανῇ.* dativus (cf. pag. 65) est adjectus Pr. 466: *ὅπως | θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων | γένοιντο.*

σύμβουλος. Pers. 175: *εὐμενεῖς γὰρ ὄντας ἡμᾶς τῶνδε συμβούλους καλεῖς.* ib. 169: *σύμβουλοι λόγου | τοῦδέ μοι γένεσθε.* — Praepositio *περὶ* additur genetivo Ch. 79: *γένεσθε τῶνδε σύμβουλοι πέρι.* — Infinitivus sequitur Eum. 702.

ἐπῳδός „incantando leniens" Ag. 1372: *παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ ὠδῖν', ἐπῳδὸν Θρᾳκίων ἀημάτων.* (vide Eum. 639: *τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατήρ* — pag. 32. — Ag. 17: *ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος* — pag. 31 —).

ἀπότροπος „advertens" (cf. *ἀλεξητήριος* p. 65). Ch. 40: *τοιάνδε χάριν ἀχάριτον ἀπότροπον κακῶν.* ib. 149: *πρὸς ἔρυμα τόδε κακῶν κεδνῶν τ' | ἀπότροπον ἄγος ἀπεύχετον | κεχυμέναν χοᾶν.* Schol. M.: *ἀπότροπον τῶν ἡμετέρων κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐχθρῶν.* — absolute ponitur additum substantivo *δαίμων* Pers. 203: *ἀποτρόποισι δαίμοσιν — λῦσαι* (Schol. M.: *οἷς ἀποτροπιαζόμεθα τοὺς ὀνείρους*).

Dubito an hic sit nominandum

ἔκφορος. Eum. 892: *τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις,* ambigitur enim de sententia hujus adjectivi.

πρόσφθογγος. Pers. 915: *πρόσφθογγόν σοι νόστου τὰν | κακοφάτιδα βοὰν — πέμψω:* recte explicat Scholiastes M.: *προσφώνησίν σοι τοῦ νόστου πέμψω | τὴν κακοφάτιδα βοάν.* cf. v. 153: *προσφθόγγοις — αὐτὴν — μύθοισι προσαυδᾶν.*

εὐάγγελος. Ag. 624: *σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον | ἥκοντα* (absolute Ag. 21. — de Ag. 249 v. pag. 36. — ib. 251, 454).

εὐφιλής. Eum. 195: *ποίμνης τοιαύτης δ' οὔτις εὐφιλὴς θεῶν.* passive dicitur Ag. 34 = *εὐφίλητος* Sept. 105.

ἐπόπτης (cf. *ἐποπτήρ* p. 67). Pr. 303: *καὶ σὺ δὴ πόνων ἐμῶν | ἥκεις ἐπόπτης* — cf. quod modo posuimus Ag. 624: *εὐάγγελον ἥκοντα.* frg. 305, 1: *τοῦτον δ' ἐπόπτην ἔποπα τῶν αὑτοῦ κακῶν | πεποικίλωκε.*

Deinde memoro:

ἐπίσκοπος. Eum. 513: *ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εὖ, | καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον | δεῖ μένειν καθήμενον.* ib. 885: *ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα.*

ἄσκοπος „non providus" (cf. Klaus. ad. Ag. 423). Ag. 442: *τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ ἄσκοποι θεοί.* passivo sensu ponitur = „non intellectus" Ch. 799: *ἄσκοπον ἔπος λέγων.*

ἀπρόσκοπος absolute usurpatur Eum. 105: *ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν.* M.: *μοῖρα πρόσκοπος*, sed Schol. adnotavit: *ἡ τῆς φρενός μοῖρα οὐ προορᾷ ἐν ἡμέρᾳ.*

ἐπήκοος. Ag. 1374: *ἐπήκοος δ' ἐμῶν | ἔργων δικαστὴς τραχὺς εἶ.* Ch. 977: *τῶνδ' ἐπήκοοι κακῶν.* Eum. 722: *δίκης γενέσθαι τῆσδ' ἐπήκοος μένω.*

Eadem valet ratio in constructione adjectivorum, quae *α* privativum habent, horum:

ἀπήμων. Eum. 875: *πάσης ἀπήμον' οἰζύος.* sine genetivo Ag. 532: *τίς δὲ πλὴν θεῶν | ἅπαντ' ἀπήμων τὸν δι' αἰῶνος χρόνον.*

ἀργός. Sept. 394: *αἰσχρῶν γὰρ ἀργός.*

[*ἄτρεστος* (de forma et intellectu hujus adjectivi pluribus disserendum erit p. 77. Pr. 418: *μάχας ἄτρεστοι* „pugnam non timentes". absolute dicitur Ag. 1356: *ἀτρέστῳ καρδίᾳ.* (*τρέω* cum accusativo constructum est Sept. 380, 419. Ag. 527. Eum. 422. Suppl. 695.)]

Peculiaris modus est eorum adjectivorum compositorum, quae quamvis notionem, qua terminantur, ipsa comprehendant, tamen insuper adsciscunt genetivum:

πολυκανής. Ag. 1123: *ἰὼ πρόπυργοι θυσίαι πατρὸς | πολυκανεῖς βοτῶν ποιονόμων.*

πάνδοκος. Ch. 643: *δόμοισι πανδόκοις ξένων.* absolute dicitur de Plutone Sept. 839.

πολύξενος. Suppl. 144: *τὸν πολυξενώτατον | Ζῆνα τῶν κεκμηκότων.*

Contra Ag. 1397: *ναυτίλων δὲ σελμάτων | ἰσοτριβής* dictum est ex similitudine adjectivorum qualia attulimus pag. 70: *εὐάγγελος, εὐφιλής* etc. —

Prior pars adjectivi substantivum est:

χρυσαμοιβός. Ag. 420: *ὁ χρυσαμοιβὸς δ' Ἄρης σωμάτων* (cf. Blomf. gloss. ad Ag. s. h. v.) = „qui corpora permutat cum auro."

πολισσοῦχος et *πολίοχος.* (Est hoc cognomen deorum urbem tenentium v. Hesych. s. v. *πολιοῦχοι* Plat. Legg. 921 E.). Sept. 253: *χώρας τοῖς πολισσούχοις θεοῖς.* Sept. 106: *θεοὶ πολίοχοι χθονός.*

(Aliter se habet Ag. 325: *τοὺς πολισσούχους θεοὺς | τοὺς τῆς ἁλούσης γῆς.* Sept. 712: *κτεάνων χρηματοδαίτας.* Eum. 627: *τοῦ στρατηλάτου νεῶν*).

Neque aliorsum spectare manifestum est:

τελεσφόρος. Ch. 644: *ἐξελθέτω τις δωμάτων τελεσφόρος.* Schol. M.: *ἀρχηγός, διοικητής*).

νικηφόρος. Eum. 767: *πάλαισμ' ἄφυκτον τοῖς ἐναντίοις ἔχοις, | σωτήριόν τε καὶ δορὸς νικηφόρον.*

ὀμματοστερής. Eum. 921: *φλογμός (τ') ὀμματοστερὴς φυτῶν* (Droysenus: „Brand — pflanzenaugesengend") cf. *ἡλιοστερής* Sophocleum. O. C. 313: *ἀργυροστερής* Ch. 999.

Notio verbalis („Verbalbegriff") priore adjectivi parte continetur Sept. 860:

ἐρειψίτοιχος — *δωμάτων ἐρειψίτοιχοι* (v. Blomf. gloss. ad Sept. s. v.)

Haud multum denique ab adjectivis, quae modo in disputationem vocavi, distant haec:

ἐπίμολος (*ἐπιμολεῖν* cum accusativo junctum videmus Soph. Tr. 855). Sept. 612: *δορίπονα κάκ' ἐκτρέπον — | τες γᾶς ἐπιμόλους* (Hermannus sine causa conjecit *ἐς γᾶς*, quum M. praebeat *εἰς ἐπιμόλους*, a manu recentiore *εἰς* addito). Genetivus *γᾶς* et ad *ἐπιμόλους* et ad *ἐκτρέποντες* est referendus sicut Ch. 64: *θιγόντι δ' οὔτι νυμφικῶν ἑδωλίων | ἄκος* gen. tam ad *θιγόντι* quam ad *ἄμος* pertinere recte judicant. Plura dicemus hoc de loco infra.

ἔνοικος. Pr. 417: *Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι | παρθένοι.* Genetivus est subintelligendus Suppl. 520: *Δίας τοι γένος εὐχόμεθ' εἶναι | γᾶς ἀπὸ τᾶσδ' ἔνοικοι.* Verba enim Hermanni auctoritate nisus duco conjungenda esse: *εὐχόμεθα γένος εἶναι ἀπὸ τῆσδε δίας γῆς, ἔνοικοι αὐτῆς.* Rationem minus idoneam attulit Schützius, Pauwii conjecturam *ἄποικοι* accipiens. — . substantive dicitur sine genetivo haec vox: Suppl. 591: *μήτ' ἐνοίκων μήτ' ἐπηλύδων τινά.*

μέτοικος (de *μετοικεῖν* c. gen. vide infra). Pers. 317: *σκληρᾶς μέτοικοι γῆς* (cf. adnotationem Schol. M.) Ch. 965: *μέτοικοι δόμων*, quod explicat Schol. M.: *οἱ νῦν τοὺς δόμους οἰκοῦντες.* — Genetivus omissus est Sept. 531. Ch. 665. Eum. 989. Suppl. 961. — Ag. 58: *τῶνδε μετοίκων* recte expl. Schol. M.: *ὑπὲρ τῶν μετοικισθέντων δόμων.*

(*ἔποικος* adjectivi sensus est passivus Pr. 413: *ὁπόσοι τ' ἔποικον ἁγνᾶς || Ἀσίας ἕδος νέμονται.* conf. quae adnotant Schmidtius et Weckleinius a. h. l.)

ἔννομος. Suppl. 547: *οἳ γᾶς τότ' ἦσαν ἔννομοι.* Ceteris, ubi occurrit, locis, aut sensu passivo „legitimus“ aut activo „leges servans“ significat absolute positum.

Ut finem faciamus, quum haec tam ampla materia suppeditet, adjectivis, quae verbis transitivis respondent, genetivi (genuini) adnectendi rationem longe lateque diffundi videmur nobis evicisse. Restat tamen, ut locum quendam curiosius tractemus ita ut simul ad aliam Aeschylei sermonis proprietatem cognoscendam aliquantum utilitatis ex hac quaestione redundet. —

Ag. 294: *Σαρωνικοῦ | πορθμοῦ κάτοπτον πρῶνα.* Medicei codicis scripturam vitiosam *κάτοπτρον* bene correxit Canterus Scholiastae M. nota: *τὸ κατόψιον* impulsus. Bernhardyum (synt. p. 50), quippe qui *κάτοπτρον* istud comprobaverit, acriter reprehendit Hermannus. Reprehendisset vellem eandem ob causam Klausenum. — Verba ipsa, de quibus quaerimus, interpretatur Hermannus: „litus trans Saronicum sinum conspicuum.“ Involuta vereor ne sit atque impedita haec genetivi *Σαρ. π.* explicandi ratio. Non minus

obscura sunt quae dicit Schützius: „Saronici freti conspicuum fastigium.“ Blomfieldus (gloss. ad Ag. s. v.): „κατοπτός (accentum quod ad libidinem mutavit, quoniam in textu posuit κάτοπτον, in transitu castigarim) „qui despicit. κατοπτὸν Σαρωνικοῦ πορθμοῦ unde Saronicus sinus prospici potest.“ — Engerus: (gloss. ad Ag. s. v.) κάτοπτος „sichtbar“, κάτοπτος c. gen. „gegenüberliegend“. Inveniatur, qui probet eam rationem. —

Haec ego dum animo complector, Schneidewinum solum, qui explicatione utatur Scholiastae M.: τὸ κατόψιον, rem satis aperte et perspicue enodare ego confido: „Der πρὼν, eine vom Meer emporsteigende Felsküste, schaut als τηλεφανὴς σκοπιά hinab auf den weiten Saronischen Busen κατόψιος τοῦ πορθμοῦ, wie Eurip. Hippol. 30: πέτρα Παλλάδος, κατόψιος γῆς τῆσδε vgl. Valck. Stat. Silv. 2, 2, 3: celsa Dicarchei speculatrix villa profundi, Hymn. Hom. 18, 11 κορυφὴ μηλοσκόπος.“ —

Adsecutus est profecto conjectura vir doctissimus adjectivum verbale in — τος exiens activo positum intellectu genetivum posse sibi adsumere ut permulta illa supra a nobis advocata adjectiva. —

Quo autem jure hoc ita fieri posse significet Schneidewinus, id jam uberius sumus explanaturi. — Adjectiva igitur verbalia in — τος cadentia saepissime apud Aeschylum activum habere intellectum mirum est quod nemo dum fusius demonstravit.

En exempla sat multa:

ῥυτός. Ag. 1362 (ῥυτᾶς ἐξ ἁλός). Eum. 448: ῥυτοῖς πόροις (Soph. El. 894: νεορρύτους πηγάς). πολύρυτος Suppl. 812.

ἐπίρρυτος. Eum. 889 (καρπόν — ἐπίρρυτον). ἀγνόρυτος Pr. 436: ἀγνορύτων ποταμῶν. ἀλίρρυτος. Suppl. 836: ἀλίρρυτον ἄλσος. Contra passive est accipiendum περίρρυτος. Eum. 77: περιρρύτας πόλεις (conf. adnotationem Stanleii). χρυσόρρυτον νᾶμα Pr. 804. φονόρυτος Sept. 915: γαίᾳ φονορύτῳ.

ὑπέρβατος „superans“ Ag. 411: *τάδ' ἐστὶ καὶ τῶνδ' ὑπερβατώτερα.*

δυσκύμαντος. Ag. 631: *δυσκύμαντα κακά.*

ἀδείμαντος „non metuens“, Pers. 162: *ἐμαυτῆς οὖσ' ἀδείμαντος.* adverbium *ἀδειμάντως* pariter usurpatur Ch. 752. Neque vero apud Aeschylum solum active dicitur hoc adjectivum. Pind. Nem. X, 17: *σπέρμ' ἀδείμαντον — Ἡρακλέος.* Isthm. I, 12: *τὸν ἀδείμαννον Ἀλκμήνα — παῖδα.* Eur. Rhes. 697: *ἀδειμάντῳ ποδί.*

ἀτάρβητος. Ex Homero (Il. III, 63) hauserunt tragici hoc adj. active positum: Aesch. frg. 196, 1: *Λιγύων εἰς ἀτάρβητον στρατόν.* Soph. Ai. 196 — *ὕβρις ἀτάρβητος ὁρμᾶται.* — (Neque aliter se habet Ar. Nub. 1047: *εὐθὺς γάρ σε μέσον ἔχω λαβὼν ἄφυκτον*).

de *ἄτρεστος* vide infra pag. 77.

ἀγέλαστος. Ag. 758: *ἀγέλαστα πρόσωπα.* frg. 418: *φρὴν ἀγέλαστος* (passive usurpatur Ch. 29: *ἀγελάστοις ξυμφοραῖς*).

ἀκόμπαστος. Sept. 521: *οὐ μὴν ἀκόμπαστός γ' ἐφίσταται πύλαις.*

ἀμήνιτος. Suppl. 942: *σύν τ' εὐκλείᾳ καὶ ἀμηνίτῳ | βάξει.* (cf. Ag. 627: *χειμῶν' Ἀχαιῶν οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς*). adverbium (vide supra *ἀδειμάντως*) etiam retinuit vim activam: *ἀμηνίτως.* Ag. 989: *ἔθηκε Ζεὺς ἀμηνίτως.*

ἀναμπλάκητος. Ag. 332: *θεοῖς δ' ἀναμπλάκητος εἰ μόλοι στρατός.* Occurrit etiam Soph. Trach. 120. — Oed.R. 472: *Κῆρες ἀναπλάκητοι.*

πρεπτός. Eum. 896: *τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ | πρεπτῶν ἀγώνων —.*

Neque alienum est hoc ab genere

πολύμνηστος. Ag. 785: *πολύμνηστον χάριν | τίνειν.* sensum passivum habemus 1414: *νῦν δὲ τελείαν | πολύμναστον ἐπηνθίσω δι' αἷμ' ἄνιπτον.* —

Verum *πορευτός* „migrans“ (passive positum invenitur quum apud posterioris temporis scriptores tum apud Polybium

v. Pap. lex.) Ag. 274: *ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος* non magis a solito sermone recedit quam

πολύπλαγκτος. Suppl. 553: *πολύπλαγκτον ἀθλίαν οἰστροδόνητον Ἰώ*. —

πολυπλάνητος. Ch. 413: *πολυπλάνητα — τὰ χερὸς ὀρέγματα*. — *αὐτόσσυτος*. Eum. 170: *αὐτόσσυτος, αὐτόκλητος*. — *ἐπίσσυτος*. Ag. 851: *κλαυμάτων ἐπίσσυτοι | πηγαί*. — ib. 1104: *ἐπισσύτους θεοφόρους — ματαίους δύας*. Eum. 905: *ἐπισσύτους βίου | τύχας*.

Sed haec leviora. Jam alia eiusdem generis persequamur plane contra dicendi morem a poeta enuntiata. Memorandum primum est

πανάλωτος „omnia capiens.“ Ag. 348: *ἄτης παναλώτου*. Adjungantur:

ξιφοδήλητος „gladio delens.“ Ag. 1490: *ξιφοδηλήτῳ θανάτῳ*. Ch. 710: *ξιφοδηλήτοισιν ἀγῶσιν*.

κεντροδήλητος. Suppl. 545: *ὀδύναις — κεντροδαλήτοις* (Erfurdtius *κεντροδαλήτισι*).

καρδιόδηκτος. Ag. 1427: *κράτος ἰσόψυχον ἐκ γυναικῶν | καρδιόδηκτον*.

δορίπαλτος. Ag. 113: *χερὸς ἐκ δοριπάλτου*.

πυργοδάϊκτος. Pers. 96: *πολέμους πυργοδαΐκτους*.

ἀνδροδαΐκτος. Ch. 853: *κοπάνων ἀνδροδαΐκτων*. frg. 131:

(Dubitari potest num huc pertineat: *αὐτοδάϊκτος*. Sept. 718: *ἐπειδὰν αὐτοκτόνως | αὐτοδάικτοι θάνωσι*. Schol. M.: *αὐτοὶ ἑαυτοὺς φονεύσαντες*. conf. *αὐτόκλητος* Eum. 170. *αὐτοδίδακτος* Ag. 952).

Porro ponenda sunt:

δοριλύμαντος. frg. 128: *δοριλυμάντους Δαναῶν μόχθους*.

ἀπριγδόπληκτος. Ch. 413: *ἀπριγδόπληκτα πολυπλάνητα — ἐπασσοτεροτριβῆ τὰ χερὸς ὀρέγματα*.

ἀδαμαντόδετος. Pr. 149: *ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισί λύμαις* (Schol. M.: *ἰσχυροδέτοις*). ib. 428: *ἐν πόνοις δαμέντ' ἀδαμαντοδέτοις*. Activa hujus vocis vis unice consentanea est sententiae. Quid enim „labores ferro vincti“? Locutione vero

„labores ferro vincientes“ i. e. „qui vinciendo continentur“ nihil est clarius ac dilucidius!

Apage igitur cum interpretamentis opinione, quae passive dicta esse istiusmodi adjectiva putabat, expressis: eadem significatio activa statuenda est Pr. 577: *οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν | παράκοπον ὧδε τείρεις.* Eum. 492: *παιδότρωτα | πάθεα προσμένει τοκεῦσιν μεταῦθις ἐν χρόνῳ.*

ζώφυτος. Suppl. 825: *ἔνθεν ἀεξόμενον | ζώφυτον αἷμα βροτοῖσι θάλλει.*

ἐλαιόφυτος. Pers. 869: *ἐλαιόφυτός τε Σάμος.*

πολυδάκρυτος (*πολυδακρύτοιο γόοιο* Od. 19, 213. 251. — 21, 57). Ch. 324: *πολυδάκρυτα πένθη.*

φιλόδυρτος. Suppl. 64: *φιλοδύρτος Ἰαονίοισι νόμοισι.*

πάνδυρτος. Pers. 919: *ἵετ' αἰανῆ πάνδυρτον | δύσθροον αὐδάν* ib. 922. Idem placuit Sophocli El. 1077: *πάνδυρτος ἀηδών.*

αἰακτός. Pers. 1039: *αἰακτὸς ἐς δόμους κίε.* passive dicitur Pers. 912: *αἰακτὸς μέλεος —.* Sept. 829: *αἰακτὰ πήματα.*

μονόκλαυτος. Sept. 1049: *μονόκλαυτον ἔχων θρῆνον ἀδελφῆς | εἶσιν.*

ἄκλαυστος. Sept. 679: *ἀκλαύστοις ὄμμασι.* Od. IV, 494: *οὐδέ δέ φημι | δὴν ἄκλαυτον ἔσεσθαι.* Soph. El. 912: *ᾗ γε μηδὲ πρὸς θεοὺς | ἔξεστ' ἀκλαύστῳ τῆσδ' ἀποστῆναι στέγης.*

Illustre invenimus adjectivum

ἀπένθητος „non lugens.“ Ag. 859: *ταῦτα πάντα τλᾶσ' ἀπενθήτῳ φρενί.* Eum. 894: *τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος.* Neque perspici potest nisi vi activa *νυκτιφρούρητος.* Pr. 859: *νυκτιφρουρήτῳ θράσει.*

(*δυσβάυκτος.* Pers. 572: *τεῖνε δὲ δυσβάυκτον | βοᾶτιν τάλαιναν αὐδάν.* Schol. M.; *θρηνητικήν*).

Dignissima sunt adlatu:

ἀκόρεστος. Ag. 1285: *τὸ μὲν εὖ πράττειν ἀκόρεστον ἔφυ | πᾶσι βροτοῖσιν.* Nec non Ag. 960: *μάλα γάρ τοι τᾶς πολλᾶς ὑγιείας | ἀκόρεστον τέρμα* persuadeo mihi adstipulatus Klauseno (cujus conferatur velim adnotatio) active esse dictum

hoc adjectivum (passive est positum Pers. 543. 974. Ag. 726. 1447), similiterque ἀκόρετος.

ἀπήμαντος (conf. Scaligeri insignem conjecturam Eum. 477: δυσπήμαντα). Ag. 365: ἔστω δ' ἀπήμαντον, ὥστ' ἀπαρκεῖν | εὖ πραπίδων λαχόντα. Suppl. 556: ἀπημάντῳ σθένει.

πάμφθαρτος. Ch. 288: κακῶς ταριχευθέντα παμφθάρτῳ μόρῳ.

ἐπίστρεπτος „oculos in se convertens." Ch. 340: (ἐπιστρεπτὸν αἰῶ. Schol. M.: ὡς τοὺς ὑπαντῶντας ἐπιστρέφεσθαι πρὸς θέαν ἡμῶν. Suppl. 964: ὥραν ἐχούσας τήνδ' ἐπίστρεπτον βροτοῖς. conf. adn. Schol. M.

ἄφθεγκτος. Eum. 243: μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαῖς.

ἄσαντος. Ch. 410: λύκος γὰρ ὥστ' ὠμόφρων | ἄσαντος ἐκ ματρός ἐστι θυμός. Schol. M.: ἀκολάκευτος. Omnes, quantum video, interpretes, passivam esse volunt hujus vocabuli significationem = „implacabilis, non mulcendus." Immo vero, quum paullo ante legamus πάρεστι σαίνειν (locus huic fere geminus, ubi de leone est sermo, reperitur Ag. 699: φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα σαίνων) Hesychii notam: ἄσαντος: οὐ σαίνων huc ipsum posse referri liquido apparet.

ἄθικτος. Eum. 694: κερδῶν ἄθικτον. de genetivo vide infra — (passive est dictum Ag. 358. Suppl. 543.) —

Quod praecipue egi, ut adjectivorum verbalium in — τος desinentium vim activam declararem latissimeque eum usum patere ostenderem, jam iis, quae attuli exemplis, satis adsecutus esse videor. —

Ejusmodi autem adjectiva cum genetivo (sc. genuino) jungi posse (de ἄθικτος vide infra) manifestum est. Et plus uno loco illum genetivum existimo me deprehendisse:

ἄτρεστος. Pr. 418: μάχας ἄτρεστοι. Genetivus non est additus Ag. 1356: ἀτρέστῳ καρδίᾳ cf. Soph. O. R. 885: δίκας ἀφόβητος.

ἐρίδμητος. Ag. 1416: ἥτις ἦν τότ' ἐν δόμοις | ἔρις ἐριδματος ἀνδρὸς οἰζύς. Blomfieldo placuit quod invenit Scaliger ἐρίδμαντος. At verum vidit Hermannus: ἐρίδματος ἀνδρὸς ὀϊφύς est ἐρίδμητος — gravis domitrix viri calamitas.

ἀμφίζευκτος. Pers. 130: *τὸν ἀμφίζευκτον ἐξαμείψας* | *ἀμφοτέρας ἅλιον* | *πρῶνα κοινὸν αἴας*. Scholiastes M.: qui adnotat: *τὸν ἀμφίζευκτον: τὸν ζευγνύντα ἄμφω τὰς ἠπείρους ἢ ζευγνύμενον ἐξ ἀμφοῖν. ἢ τὸν ὑποζευχθέντα· βατὸν γὰρ αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Ξέρξης* optionem largitur inter activam et passivam significationem. Active vero si accipiatur hoc adjectivum, genetivum *ἀμφοτέρας αἴας* facilius multo ab illo quam ab adjectivo *κοινός* suspendi, iis ego qui attento animo secuti sunt hanc nostram disputationem, non modo confirmare sed etiam persuadere mihi videor. Conf. Pers. 727: *γέφυραν γαῖν δυαῖν ζευκτηρίαν*, ubi Schol. M. adnotat: *τὸν Ἑλλήσποντον ὃς ζεύγνυσιν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην*. Nominavimus adj. *ζευκτήριος* supra p. 65.

Jam videre te puto quo tendam. Redimus tandem ad locum, a quo egressi longam telam texuimus. — Adjectivi igitur *κάτοπτος* (Soph. O. R. 762: *τοῦδ' ἄποπτος ἄστεως*. Eur. Hec. 1135: *ὕποπτος ὢν δὴ Τρωικῆς ἁλώσεως*. Thuc. I, 42, 2: *τῶν πάντων ἀπερίοπτοι*. *ὕποπτος* = suspiciosus I, 75, 4. IV, 103, 4. V, 25, 2). ne posse quidem hoc loco esse significationem nisi activam quia satis est superque demonstratum, genetivus *Σαρωνικοῦ πορθμοῦ* habet, quo optime explicetur, quadratque huc perapte Euripideum illud a Schneidewino citatum Hipp. 30: *πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος κατόψιον* | *γῆς τῆσδε ναὸν Κύπριδος ἐγκαθίσατο*.

Si forte contigit, ut, quae amplius disputavimus, non improbarentur, corollarii loco attingam crucem illam interpretum acerbissimam, quae largam tulit opinionum segetem, Pers. 464: *ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ*. — Ingentem difficultatem adjectivum *εὐαγής* potissimum praebuit iis qui studebant haec verba expedire et exsolvere. Enimvero Hemsterhusius, qui *εὐαυγής* jussit restitui, atque Hermannus imprimis quamquam docte et acute, quid sibi vellet ista vox, quaesiverunt (delegamus eos qui de hac re melius volunt institui ad Hermanni dissertationem II, p. 204—214) tamen desiderari adhuc explicationem, in qua acquiescere possimus, quivis concedet. — Equidem Hippocratis (de sanorum victus ratione II, 11) confirmatus verbis hisce: *οἱ*

δὲ ὄρθριοι περίπατοι ἰσχναίνουσι, καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν κοῦφά τε καὶ εὐαγέα καὶ εὐήκοα παρασκευάζουσι, καὶ τὴν κοιλίην λύουσιν — κενουμένης δὲ τῆς κεφαλῆς ἀποκαθαίρεται ἥ τε ὄψις καὶ ἡ ἀκοή, καὶ γίγνονται εὐαγέες οἱ ἄνθρωποι, quin activa fuerit significatio non dubito. Accedunt adnotatio Scholiastae M.: καθαράν, κεχωρισμένην· ἢ αὐγάζοντα καὶ ὁρῶντα interpretatioque Hesychii: εὐαγές; ἁγνόν, καθαρόν, εὐσεβές, εὔοπτον, ἅγιον, si modo fieri potest, ut εὔοπτον vocabuli eadem sit vis atque eorum quae cognata sunt: κάτοπτος Ag. 294, cujus naturam abundanter excussimus, ὕποπτος Eur. Hec. 1135. ἄποπτος Soph. O. R. 762. τῶν πάντων ἀπερίοπτοι Thuc. I, 41. — Quod si ita est, si adjectivo εὐαγής active dicto vis subjecta est: „prospiciens", genetivi παντὸς στρατοῦ explicatam habemus facilemque rationem.

§ 2.

Pergo perstringere adjectiva ea quae verbis respondent cum dativo conjungi solitis

ὑπήκοος (verbum ὑπακούειν quidem nusquam legi apud Aeschylum) genetivum recipit Pers. 234: πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος. Ch. 296: δυοῖν γυναικοῖν ὧδ' ὑπηκόους πέλειν. Substantive videtur esse dictum Pers. 242: οὔτινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς οὐδ' ὑπήκοοι.

Perquam difficilis determinatu est genetivus qui additur adjectivo:

ἄπιστος. Sept. 854: ἰὼ ἰὼ δύσφρονες, φίλων ἄπιστοι καὶ κακῶν ἀτρύμονες. (ἀπιστεῖν cum dativo cernitur Pr. 639.) Weckleinius (in stud. Aesch. p. 68) φίλων non masculinum esse sed neutrum judicans adferensque locum ejusdem fabulae v. 1014: οὐδ' αἰσχύνομαι | ἔχουσ' ἄπιστον τήνδ' ἀναρχίαν πόλει, quo dativus positus est, mutato ἄπιστοι in ἄπειστοι hanc profert interpretationem „weder durch die sanfte πειθώ des Glückes, noch durch die rauhe Gewalt des Unglückes auf andere Gesinnung gebracht." Sed minime vir doctus sententiam suam mihi persuasit. Primum enim nullum reperio locum quo φίλα vox istum habeat intellectum; deinde Schuetzius

(„amicis non obsequentes") rectissime huc jubet revocari v. 665. Conferenda ego censeo esse quum ea quae scripta sunt v. 695: *πιθοῦ γυναιξὶν, καίπερ οὐ στέργων ὅμως* et quae subsequuntur tum ipsum totum Eteoclis mulierumque colloquium. Cum genetivo postremo non insolentius dumtaxat constructum est adjectivum *ἄπιστος* quam ea quae jam nobis se offerunt:

ἐπίρροθος (Hesychius: *ἐπίρροθος: ἰσχυρός ἐπίκουρος βοηθός*). Sept. 351: *νύκτερον τέλος μολεῖν | παγκλαύτων ἀλγίων ἐπίρροθον.* Schützius: „spes-finem flebilibus aerumnis impositura." Hermannus: „adjuvans atque augens lacrimas".

ἀρωγός. Eum. 482: *ἀρωγὰ τῆς δίκης ὁρκώματα.* Quae verba apte a Droyseno sunt conversa „Eide, euer Recht zu stützen". confer. Soph. El. 1381: *γενοῦ πρόφρων ἡμῖν ἀρωγὸς τῶνδε τῶν βουλευμάτων.* Ai. 357: *γένος ναΐας ἀρωγὸν τέχνας.* — Substantivi naturam induisse hoc adjectivum Ch. 364: *τῶν μὲν ἀρωγοὶ κατὰ γᾶς ἤδη* testis est Scholiastes M.: *ἡμῶν οἱ σύμμαχοι οἱ περὶ Ἀγαμέμνονα,* quamquam nostrae aetatis interpretes aliter enodare locum hunc difficillimum non ignoro (v. Schützii et Klauseni adnotationes).

Hujus generis adjectiva quum genetivum sibi addi patiantur, habemus quod sequi possimus in describendo genetivo quem deprehendimus Ch. 692: *ἀλλ' ἔσθ' ὁ καιρὸς ἡμερεύοντας ξένους μακρᾶς κελεύθου τυγχάνειν τὰ πρόσφορα.* Mirandum est quod fuerunt, qui illum aptum esse ex *ἡμερεύοντας* firmissime adseverarent velut Bernh. Synt. p. 145. Verum vidit Abreschius, quod sciam, primus; qui pari prorsus ratione *πρόσφορος* constructum invenit Eur. Hel. 508: *τὰ πρόσφορα τῆς νῦν παρούσης συμφορᾶς,* ubi quidem perperam Reiskius dativum *παρούσαις συμφοραῖς* legendum proposuit. — Dativus, qui qua re dissideat a genetivo facile intelligitur, positus est Eum. 205: *οὐ γὰρ δόμοισι τοῖσδε πρόσφορον μολεῖν.* Ch. 695: *κἀκεῖ κυρούντων σώμασιν* (M. *δώμασι* quod ineptum est) *τὰ πρόσφορα.* — Insolentiore illa quidem sed non inexplicabili ratione, quum adjectiva substantivi munere fungantur, genetivus legitur pro dativo Eum. 985: *τὸ μὲν ἀτηρὸν | χώρας* (Paleius *χώρᾳ* scribendum est

suspicatus) κατέχειν, τὸ δὲ κερδαλέον | πέμπειν πόλεως ἐπὶ νίκῃ. (M. ἀτήριον, correxit Bentleius.) Genetivus χώρας tam ad ἀτηρόν quam ad κερδαλέον pertinet. Adeo non probatur mihi Schuetzii interpretatio „ad mala quaevis ab hac regione arcenda et propulsanda“ quia, num ita umquam construi possit κατέχειν, valde dubito, ut contra similiter ἀτηρός et κερδαλέος adjectiva dicta putem cum genetivo atque Eum. 791: βρωτῆ-ρας αἰχμὰς σπερμάτων ἀνημέρους (Hermannus censuit ἀνημέρους cum σπερμάτων jungendum esse. Sed facilius genetivum suspendi ab adjectivo βρωτῆρας ostendi pag. 67) atque Soph. Ant. 187: φίλον ποτ' ἄνδρα δυσμενῆ χθονὸς θείμην ἐμαυτῷ. ἔχθιστος. Xen. Anab. III, 2, 5: πρὸς τοὺς ἐκείνου ἐχθίστους ἀποστάς.

§ 3.

Transeamus ad ea adjectiva quae compertum est verbis convenire cum genetivo conjungendis.

a) Primum immorandum erit in adjectivis reminiscendi et obliviscendi. Quae nonnumquam ratione insigni sine casu usurpari in universum monitu dignum est.

μνήμων. Semel consociatur cum genetivo eoque rei Eum. 379: κακῶν τε μνήμονες. Frequentius obviam fit absolute positum: Ag. 144: μνάμων μῆνις τεκνόποινος. Pr. 518: μνήμονές τ' Ἐρινύες. (statum fere hoc esse ac prope sollemne cognomen Dirarum docet Soph. Ai. 1390: μνήμων Ἐρινύς). Pr. 787: μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν. — Praeterea Suppl. 94, ubi tradita est scriptura: ἥμενον ἄνω φρόνημά πως | etc. Scholiastae testimonio confirmata, Hermannus revocandum esse censuit: μνῆμον ἄνω φρόνημά πως probante Dindorfio.

ἀμνήμων uno loco reperitur eoque cum genetivo personae coagmentatum Sept. 589: θεῶν ἀμνήμοσιν.

Aeschyli propria adjectiva eandem constructionem praestantia invenies haec:

μνήστωρ (ad formam conf. pag. 68). Sept. 164: φιλοθύτων δέ τοι πόλεος ὀργίων | μνήστορες ἔστε μοι.

πολυμνήστωρ. Absolute tantum positum legimus Suppl. 518: γενοῦ πολυμνῆστορ ἔφαπτορ Ἰοῦς.

πολύμνηστος activo sensu (vide quae dixi de forma pag. 73 sqq.) cum genetivo non est connexum Ag. 785: *τούτων θεοῖσι χρὴ πολύμνηστον χάριν | τίνειν*, quod *τούτων* cum *χάριν τίνειν* esse copulandum patet. passive est dictum significans „celebratus“ Ag. 1435: *νῦν δὲ τελείαν | πολύμναστον ἐπηνθίσω δι' αἷμ' ἄνιπτον.*

Debemus addere huic adjectivorum speciei:

ἴδρις „gnarus“ Ag. 428: *μάχης ἴδρις.*

ἄιδρις. Ag. 1059: *τούτων ἄιδρίς εἰμι τῶν μαντευμάτων.* Suppl. 436: *θέλω δ' ἄιδρις μᾶλλον ἢ σοφὸς κακῶν | εἶναι.*

σοφὸς eodem loco Suppl. 436 — adjectivo *ἄιδρις* oppositum genetivum adsciscit. Ceteris locis per se positum est.

ἔμπειρος apud Aeschylum non reperitur nisi Pers. 596: *κακῶν μὲν ὅστις ἔμπειρος κυρεῖ.*

ἄπειρος. Genetivum adjectum videmus Ch. 359: *τῶνδε πόνων ἄπειρον.* frg. 281, 1: *νόσων τ' ἀπείρους καὶ μακραίωνας βίους.* frg. 339: *οὔτοι μ' ἄπειρον τῆσδε τῆς προσῳδίας.*

Ratione praecipua sicut *μνήμων* sine genetivo est usurpatum Ch. 111: *δίδασκ' ἄπειρον ἐξηγουμένη.* Pr. 377: *σὺ δ' οὐκ ἄπειρος, οὐδ' ἐμοῦ διδασκάλου | χρῄζεις.*

ἀρτίφρων. Sept. 761: *ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων | ἐγένετο μέλεος ἀθλίων | γάμων, ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν | μαινομένᾳ κραδίᾳ | δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν.* — Blomfieldus invehitur in eos qui *γάμων* conjungunt cum *ἀρτίφρων*, (ut facit Schuetzius „postquam vero infelix conscius factus est infausti conjugii“): enim vero genetivum esse referendum ad *μέλεος*, ut haec evadat sententia „postquam in se rediit, miser ob infaustas nuptias“. — Me quidem judice genetivus *ἀθλίων γάμων* neque cum *ἀρτίφρων* est consociandus, utpote quod absolute sit positum — testimonio sunt verba Scholiastae M.: *ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων: ἐπεὶ ἔμφρων ἐγένετο, ἐπεὶ συνῆκεν ὃ ἔπραξε κατὰ τῆς μητρός* — neque cum *μέλεος*, quum vix possit ferri *μέλεος* ei quod idem declarat *ἀθλίων* ita ut Blomfieldus vult appositum. Ut dicam, quod mihi persuasum est, Aeschylo suum reddimus non solum verum etiam simplicissimam apteque enuntiatam habemus sententiam si interpunctionis nota post *γάμων* sub-

lata distinguimus inter *μέλεος* et *ἀθλίων*, unde haec proficiscitur sententia „postquam in se rediit miser, dolore commotus ob infaustam conjugium duplex malum perpetravit“ Constructio substantivi *ἄλγος* cum genetivo nihil habet offensionis: ut uno utar exemplo Pers. 826: *κακῶν ὑπ' ἄλγους*. Plura dixi hac de re pag. 33.

Non minus ad nostram rem faciunt adjectiva, quae respondent verbis curandi. Unum tantum apud Aeschylum inveni:

ἐπίστροφος. Ag. 382: *τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε | φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ.* Verbum *ἐπιστρέφομαι* genetivum secum habet Soph. Ph. 599: *τίνος δ' Ἀτρεῖδαι τοῦδ' ἄγαν οὕτω χρόνῳ | τοσῷδ' ἐπεστρέφοντο πράγματος χάριν.* (*στρέφομαι* eodem sensu Ai. 1117: *τοῦ δὲ σοῦ ψόφου οὐκ ἂν στραφείην.*) Anecd. Graec. ed. Bekk. I, 145: *ἐπιστρέφομαι: ἀντὶ τοῦ ἐπιμέλειαν ποιοῦμαι καὶ φροντίζω, μετὰ γενικῆς.* — Apud Homerum legitur hoc adj. Od. I, 177: *ἐπεὶ καὶ κεῖνος ἐπίστροφος ἦν ἀνθρώπων* haud scio an alio significatu. cf. Schol. et intpp. ad h. l.

Nisi adjectivorum curandi similitudine non potest declarari genetivus, quem habet secum

ἀδείμαντος. Pers. 162: *οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὖσ' ἀδείμαντος.*

b) Videamus nunc adjectiva, quae dicam, participationis. (genetivus est partitivus.)

κοινωνός. Ag. 1306: *τοιούτου γνώματος κοινωνὸς ὤν.* Suppl. 330: *εἴπερ γ' ἀπ' ἀρχῆς πραγμάτων κοινωνὸς ἦν.* dativus additur Ag. 989: *ἐπεί σ' ἔθηκε Ζεὺς ἀμηνίτως δόμοις | κοινωνὸν εἶναι χερνίβων.*

Merito huc trahi existimo

ἐπήβολος. Ag. 520: *τερπνῆς ἄρ' ἦτε τῆσδ' ἐπήβολοι νόσου.* Pr. 446: *ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους* (cf. Ag. 366: *εὖ πραπίδων λαχόντα.* ib. 162: *τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν*). Scholiastes M. ad Pr. 446 hanc ponit vocabuli explicationem: *ἐπιτευκτικούς, ἐπιτυχεῖς.*

ἄμοιρος. Sept. 716: *τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους.* Praeterea una cum *ἄκληρος*, quod alias non in usu est,

cum genetivo junctum legitur Eum. 342: *παλλευκων δὲ πέπλων ἄμοιρος ἄκληρος ἐτύχθην*.

Ex horum analogia adjectivorum structuram cum genetivo praebent:

μέτοικος (de *μετοικεῖν* similiter genetivum recipiente dixi plura l. s.). Pers. 317: *Ἀρτάβης τε Βάκτριος | σκληρᾶς μέτοικος γᾶς.* substantive usurpatur Ch. 965: *μέτοικοι δόμων πεσοῦνται πάλιν.* Sic haec emendate scripsit Scaliger. M.: *μετοικοδόμων.* Schol. M.: *οἱ νῦν τοὺς δόμους οἰκοῦντες πεσοῦνται κτλ.* — Sept. 531. Ch. 665. Eum. 989. ad Ag. 58 vide notas interpretum. —

Et ne ea quidem adjectiva numeranda sunt alio in genere quae composita sunt ex *α* privativo et ea notione quae accuratius determinetur apposito genetivo. Rem ipsa exempla expedient.

ἄτιμος „honoris alicujus expers" Ch. 287: *πάντων δ' ἄτιμον κἄφιλον θνῄσκειν μόρῳ* — *πάντων* genetivus est neutrius atque *ἄφιλον* absolute ponitur. — ib. 397: *Ἀτρειδῶν τὰ λοίπ' ἀμηχάνως | ἔχοντα καὶ δωμάτων | ἄτιμα* (*ἀπεσπασμένους καὶ φυγαδευθέντας τῶν οἴκων* explicat Schol. M.). Personam quae quem non vult honorare, expressam esse videmus praepositione *ὑπό* cum genetivo Sept. 1008: *ἄτιμον εἶναι δ' ἐκφορᾶς φίλων ὕπο.* (*ἐκ* eodem intellectu dicitur Ag. 1233: *οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν.* — *πρός* Eum. 864: *πρὸς νεωτέρας ἐμοῦ | θεὸς παλαιὰ καὶ πολισσούχων βροτῶν | ἄτιμος ἔρρειν.*

ἄπαππος „non habens proavum, a quo descendat" Ag. 298: *φάος τόδ' οὐκ ἄπαππον Ἰδαίου πυρός.* „cujus ignis Idaeus progenitor fuit" Blomf.

Jam claudant hoc agmen adjectiva, quibus notio „noxiae" inest.

αἴτιος. Pers. 877: *τᾶς νῦν ματρόπολις τῶνδ' | αἰτία στεναγμῶν.* Ch. 825: *τὸν αἴτιον δ' ἐξαπολλὺς μόρου.* Pr. 47: *τῶν νῦν παρόντων οὐδὲν αἰτία τέχνη.* frg. 289: *ὀργῆς ματαίας εἰσὶν αἴτιοι λόγοι.* Ratione peculiari genetivus personae adnexus est Ch. 265: *εἰ μὴ μέτειμι τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους.* Est enim absolute quodammodo dictum pro *φόνου αἴτιος* (cf.

Abreschii animadv. I, p. 427) „auctores patris caedis“. Reliquis quoque locis (duobus) similiter dicitur omisso genetivo, praecipue Ch. 63: *τὸν αἴτιον*. ib. 110: *τοῖς αἰτίοις νῦν τοῦ φόνου μεμνημένη;* genetivus *τοῦ φόνου* pertinet ad *μεμνημένη*.

Varia sunt composita apud Aesch. *ἐπαίτιος*. Eum. 461: *καὶ τῶνδε κοινῇ Λοξίας ἐπαίτιος*. ib. 463: *εἰ μή τι τῶνδ' ἔρξαιμι τοὺς ἐπαιτίους*.

μεταίτιος. Construitur cum genetivo rei et dativo personae, quacum quis rei est auctor Ag. 775: *τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους | νόστου δικαίων θ' ὧν ἐπραξάμην πόλιν | Πριάμου*. dativus personae requiritur Ch. 93: *τῆσδ' ἐστὲ βουλῆς, ὦ φίλαι, μεταίτιαι:* attendas velim notam Scholiastae M.: *μεταίτιαι: ἀντὶ τοῦ σύμβουλοι* — ib. 128: *ὅσπερ σοῦ φόνου μεταίτιος*. Eum. 197: *αὐτὸς σὺ τούτων οὐ μεταίτιος πέλῃ*.

παναίτιος ibidem Eum. 198: *ἀλλ' εἷς τὸ πᾶν ἔπραξας ὢν παναίτιος* (M. *ὡς* — *ὢν* Wakefieldus) genetivo non adjecto dicitur, quare adnotat Schol. M.: *ἀλλὰ τοῦ παντὸς σὺ αἴτιος*. Haud multo secus Ag. 1448: *διαὶ Διὸς παναιτίου πανεργέτα· τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται*.

παραίτιος. Semper genetivum arcessit: Ch. 903: *ἡ Μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία*. frg. 41, 7: *τῶνδ' ἐγὼ παραίτιος*.

ἀναίτιος. Numquam non cum genetivo conjunctum apparet Ag. 1467: *ὡς μὲν ἀναίτιος εἶ | τοῦδε φόνου τις ὁ μαρτυρήσων*. Ch. 866: *ὅπως δοκῶμεν τῶνδ' ἀναίτιαι κακῶν | εἶναι*. Huic ordini subjungi fortasse debet

ὑπόδικος. Eum. 256: *ὑπόδικος — γενέσθαι χερῶν* (Scaliger et Wakefieldus *χρεῶν*). Hesychius: *ὑπεύθυνος, χρεώστης, ἔνοχος δίκης*.

c) Postremo adjectiva, quae verbis respondent cum genetivo conjungendis, commemorentur haec:

ἄθικτος (ad formam confer quae pluribus disputavi, p. 77). Eum. 694: *κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον*. Vim passivam habet Ag. 358: *ὅσοις ἀθίκτων χάρις | πατοῖτο*. Suppl. 543: *Τυφῶ μένος ὕδωρ τὸ Νείλου νόσοις ἄθικτον*.

ἀφειδής. Ag. 182: *βροτῶν ἄλαι*, (sc. *πνοαί*) *νεῶν* [*τε*] *καὶ | πεισμάτων ἀφειδεῖς*.

§ 4.

Ut absolvamus hanc de adjectivis quaestionem, reliqua ab Aeschylo cum genuino genetivo constructa proferamus.

a) adjectiva, quibus notio „potentiae“ inest.

ἀκρατής: *γλώσσης ἀκρατής*. Schol. M.: *μὴ κατέχουσα τῆς γλώττης, ἀλλὰ παίουσα*. Simili utuntur locutione et Soph. El. 1175: *κρατεῖν γὰρ οὐκέτι γλώσσης σθένω* et Euripides Hel. 1388: *εὔνουν κρατεῖν τε στόματος*. — absolute dicitur h. a. frg. 29 — Schol. Theocr. IV, 62: *τοὺς Σατύρους ἀκρατεῖς οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ* —. *ἀκρατεῖς* addidit Casaubonus ex alio scholio: *ἀκρατεῖς οἱ Σάτυροι ἐρώτων*.

Facile igitur, cur genetivo declaretur, conicitur

κύριος. Ag. 842: — *παῖς* — *ἐμῶν τε καὶ σῶν κύριος πιστωμάτων*. Eum. 321: *ματρῷον ἅγνισμα κύριον φόνου*. Reliquis quibus occurrit locis aut absolute usurpatur aut substantive.

b) adjectiva quae copiam et inopiam significant:

πλέως. Nisi translate cum genetivo non connectitur. Pers. 601: *ἐμοὶ γὰρ ἤδη πάντα μὲν φόβου πλέα*. Pr. 42: *αἰεί τε δὴ νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως*. Proxime accedit ad impropriam significationem frg. 76: *πλέω γράσου τε καὶ ψόθου*. — Sic emendavit Dobraeus. Libri: *πλέω γράσου καὶ ψυθοίου*.

πλήρης. Pr. 146: *φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις | ὁμίχλη προσῆξε πλήρης | δακρύων*.

Aeschyleum adjectivum est

πολύανδρος (conf. *κένανδρος* cum genetivo Pers. 119: *Περσικοῦ στρατεύματος | τοῦδε μὴ πόλις πύθη — | ται κένανδρον μέγ' ἄστυ Σουσίδος*. Subst. *κενανδρία* Pers. 721). Pers. 880: *καὶ τὰς εὐκτεάνους κατὰ κλῆρον Ἰαόνιον πολυάνδρους | Ἑλλάνων ἐκράτυνε σφετεραῖς φρεσίν*. sc. *πόλεις*. neque enim *Ἑλλάνων* pro genetivo accipio possessivo. conf. Suppl. 144: *τὸν πολυξενώτατον | Ζῆνα τῶν κεκμηκότων*. Pers. 74: *πολυάνδρον Ἀσίας*. — Ceterum hoc adjectivum monendum est non solum terris adici indicans „viris

frequens“ sed etiam ipsis hominibus magnum numerum efficientibus Pers. 531: *Περσῶν — πολυάνδρων*. Ag. 670: *πολύανδροί τε φεράσπιδες κυναγοί.*

Nimirum eandem rationem sequitur

ἔνθεος. Eum. 17: *τέχνης δέ νιν Ζεὺς ἔνθεον κτίσας φρένα.* (Schuetzius: „postquam ejus mentem divina vaticinandi arte implevit“.) — dativus exstat. Sept. 480: *ἔνθεος Ἄρει.*

Unum inveni adjectivum inopiam designans:

χρεῖος, quod tamen genetivo omisso adhibetur significans „egenus“ Suppl. 192: *χρεῖος εἶ ξένη φυγάς*, quod commodissime explicat Schol. M.: *ἐπικουρίας χρῄζεις*. (sensu consimili genetivum addit Euripides Herc. Fur. 1337: *νῦν γὰρ εἶ χρεῖος φίλων.*)

c) de adjectivorum possessionis notionem in se continentium apud Aeschylum usu haec observavi:

ἴδιος, οἰκεῖος, ἱερός nusquam ineunt cum genetivo societatem, quia absolute tantummodo usurpantur.

ἐπώνυμος, quod in hunc ordinem oportet redigi, 1) genetivum sibi adsumit locis hisce: Sept. 125: *ἐπώνυμον Κάδμου πόλιν.* Pr. 848: *ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς γεννημάτων | τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον.* adverbium huic adjectivo additum est: Suppl. 242: *ἐμοῦ δ' ἄνακτος εὐλόγως ἐπώνυμον | γένος Πελασγῶν.* ib. 302: *Ἔπαφος ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος.* (cf. quod illico memorabitur *κάρτα*.) — Eximius locus est Sept. 519: *ὃ δ' ὠμόν, οὔτι παρθένων ἐπώνυμον, | φρόνημα* — Diserte enim Eteocles denotat nomen Parthenopaei. „*οὐ σύμφωνον τῇ κλήσει τῆς παρθένου τὸ φρόνημα ἔχων, ἀλλὰ ὠμόν* Schol. M. — 2) Genetivi munus suscipit adverbium *ἔνθεν*. Eum. 679: *Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος | πέτρα πάγος τ' Ἄρειος.* — 3) Non adjectus est genetivus Sept. 9: *ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος | ἐπώνυμος γένοιτο Καδμείων πόλει*, quae exponit sic Schol. M.: *ἀλεξητήριος Ζεὺς ἐν Θήβαις τιμᾶται. φησὶν οὖν, συμφώνως ἑαυτῷ τιμῷτο.* — Ch. 182: *ἐμὴ δὲ μήτηρ, οὐδαμῶς ἐπώνυμον | φρόνημα* (v. supra Sept. 519) *παισὶ δύσθεον πεπαμένη.* Schol. M.: *οὐκ ἄξιον τοῦ ὀνομάζεσθαι ὑπὸ τῶν τέκνων ἑαυτῆς μήτηρ.* (Schuetzius comparat locum simil-

limum Soph. El. 1191.) — Eum. 414: *γένος μὲν οἶδα κληδόνας τ' ἐπωνύμους*. Schol. M.: *τὰ ἐπώνυμα οἷς καλεῖσθε.* Pr. 304: *λιπὼν | ἐπώνυμόν τε ῥεῦμα* —. ib. 731: *Βόσπορος δ' ἐπώνυμος κεκλήσεται.* — adverbia (v. supra) ad vim adjectivi augendam apta ponuntur: *κάρτα.* Sept. 641: *ἐπωνύμῳ δὲ κάρτα, Πολυνείκει λέγω,* — Schol. M.: *πάνυ γὰρ τὸ ἐπώνυμον τῇ φιλονεικίᾳ* (*συμφωνεῖ* addunt recc.). Eum. 90: *κάρτα δ' ὢν ἐπ' | ώνυμος | πομπαῖος ἴσθι,* quae verba pertinent ad Mercurium. (cf. Sept. 396: *κάρτα δ' ἔστ' ἐγχώριος.* ib. 916: *κάρτα δ' εἴσ' ὅμαιμοι,* ubi Schol. M.: *ὄντως* —) *ὀρθῶς, ἐνδίκως* Sept. 388 — *σῆμ' ὑπέρκομπον τόδε | γένοιτ' ἂν ὀρθῶς ἐνδίκως τ' ἐπώνυμον.*

κοινός. 1) genetivum adjunctum videmus eumque personae Pr. 1093: *ὦ πάντων | αἰθὴρ κοινὸν φάος εἱλίσσων.* Eum. 109 — *ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν.* (cf· adn. Schol. M.) — genetivum rei adhiberi negaverim, Pers. 130: *τὸν ἀμφίζευκτον ἐξαμείψας | ἀμφοτέρας ἅλιον | πρῶνα κοινὸν αἴας:* genetivum *ἀμφοτέρας αἴας* multo commodius ex *ἀμφίζευκτον* quam ex *κοινόν* suspendi significavi supra pag. 78. — Genetivus omittitur Pers. 160: *καὶ τὸ Δαρείου τε κἀμὸν κοινὸν εὐνατήριον* — Ag. 605: *ἦ χεῖμα, κοινὸν ἄχθος, ἥρπασε στρατοῦ.* — 2) dativus exstat: Sept. 1055: *καὶ γὰρ γενεᾷ | κοινὸν τόδ' ἄχος.* Ag. 500: *ἥκει γὰρ ὑμῖν φῶς ἐν εὐφρόνῃ φέρων | καὶ τοῖσδ' ἅπασι κοινὸν Ἀγαμέμνων ἄναξ* dativus *ὑμῖν* jungendus est cum *φέρων*, quum *τοῖσδ' ἅπασι* ad *κοινόν* aptius quadret quam ad *φέρων.* — 3) Reliquis locis: Sept. 1015. Ch. 1035. Eum. 89. Ag. 809. Ch. 94. Pr. 612. ib. 793 — casus est omissus.

μετάκοινος: aut dativum secum habet Eum. 943: *δαίμονες ὀρθονόμοι | παντὶ δόμῳ μετάκοινοι* aut per se ponitur Eum. 341. Suppl. 1015.

γείτων. Cum genetivo non construitur nisi sensu translato Sept. 271: *γείτονες δὲ καρδίας | μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος* „vicinae cordis curae". proprie usurpato huic adjectivo dativus apponitur Sept. 484 — *Ὄγκα Παλλάς, ἥτ' ἀγχίπτολις | πύλαισι γείτων;* Casus omnino desideratur Pers. 69: *εἰς ἀντίπορον γείτονα χώραν.* Sept. 469: *γείτονας πύλας ἔχων | Ὄγκας*

'Αθάνας, quod quid sit Schol. M. explanat. Ad translationem propius accedit Ag. 961: *νόσος γὰρ | γείτων ὁμότοιχος ἐρείδει.* Non dubito huc referre

ἐφέστιος. Eum. 567: *ἔστι γὰρ δόμων | ἱκέτης ὅδ' ἀνὴρ καὶ δόμων ἐφέστιος.* ib. 659: *καὶ τόνδ' ἔπεμψα σῶν δόμων ἐφέστιον.* Suppl. 486: *ναύτην ἄγοντας τόνδ' ἐφέστιον θεῶν.* Suppl. 350: *οὔτοι κάθησθε δωμάτων ἐφέστιοι ἐμῶν.* Schol. M.: *οὐ πρὸς τὴν ἑστίαν τῶν ἐμῶν δωμάτων κτλ.* — Ch. 1035, ubi M. habet: *οὐδ' ἐφ' ἑστίον | ἄλλην τραπέσθαι Λοξίας ἐφίετο,* Turnebus restituit *ἐφ' ἑστίαν.* Metaphorice dicitur de re „inhabitans" Sept. 833: *πόνοι πόνων δόμων ἐφέστιοι* Schol. M.: *οἰκεῖ ἐν τῇδε τῇ ἑστίᾳ καὶ τοῖς οἴκοις τούτοις.* — Reliquis, quibus cernitur locis, caret genetivo Sept. 73. Ag. 815, 1264. Eum. 169.

ξυνέστιος substantivi potestatem videtur adeptum esse Sept. 756: *θεοὶ καὶ ξυνέστιοι | πόλεος ὁ πολύβοτός τ' αἰὼν βροτῶν.* Ceterum de Jove dicitur arae domesticae tutore Ag. 679: *ξυνεστίου Διός.*

Adjectiva propinquitatem designantia:

ὅμαιμος casum genetivum tantummodo adsciscit Eum. 595: *οὐκ ἦν ὅμαιμος φωτὸς ὃν κατέκτανειν.* proximo versu 596: *ἐγὼ δὲ μητρὸς τῆς ἐμῆς ἐν αἵματι;* quod idem prorsus est atque *ἐγὼ δὲ μητρὸς τῆς ἐμῆς ὅμαιμος;* quam ob rem adscripsit Schol. M.: *ἐγὼ οὖν ὅμαιμός εἰμι τῇ μητρί.* — Quin etiam genetivus reperitur pronominis personalis cum hoc adjectivo consociatum. Suppl. 457: *ὁμαίμοις παισὶν Αἰγύπτου σέθεν.* — sine genetivo adhibetur Sept. 664: *ἀνδροῖν δ' ὁμαίμοιν.* Suppl. 215: *ἐχθρῶν ὁμαίμων καὶ μιαινόντων γένος* (Schol. M.: *τῶν συγγενῶν ὑμῖν*) Suppl. 624. — Singulariter apponitur adverbium *κάρτα* (v. supra). Sept. 916: *κάρτα δ' εἴσ' ὅμαιμοι.* Eum. 210: *οὐκ ἂν γένοιθ' ὅμαιμος αὐθέντης φόνος.* ib. 643: *τὸ μητρὸς αἷμ' ὅμαιμον.* Suppl. 432: *ὅμαιμον αἷμα,* ad quam figuram dicendi conferas: Pers. 702: *βίοτον εὐαίωνα.* Pr. 898: *δυσπλάνοις — ἀλατείαις.* ib. 573: *τηλέπλανοι πλάναι.* ib. 583: *πολύπλανοι πλάναι* — vide quae exposuerunt Wecklein. stud. Aesch. p. 52. Schneidew. ad Trach. 81.

ὁμαίμων: improprie ponitur cum genetivo Sept. 334:

ἁρπαγαὶ δὲ διαδρομᾶν ὁμαίμονες — dativum conjectura reposuit Schuetzius Suppl. 387: *ἀμφοτέροις* (libri *ἀμφοτέρους*) *ὁμαίμων τάδ' ἐπισκοπεῖ | Ζεὺς ἑτερορρεπής* interpretaturque: „Utrique patruelium parti, nempe tam nobis Danaidibus quam Aegypti filiis cognatus Jupiter haec inquirit ac disceptat."

συγγενής uno loco casum secum habet eumque dativum significatione impropria = insitus" Ag. 796: *παύροις γὰρ ἀνδρῶν ἐστι συγγενές τόδε | —σέβειν.*

ἧλιξ: genetivus rei apparet Pers. 671: *ὦ πιστὰ πιστῶν ἥλικές θ' ἥβης ἐμῆς*, personae Ch. 592: *καταίθουσα παιδὸς δαφοινὸν | δαλὸν ἥλικα*, quod exponit Scholiastes M.: *ἥλικα: ξύμμετρον τῷ παιδὶ δαλὸν, ἐξότε πεσὼν ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐβόησεν, τοῦτ' ἔστιν ἐξότε γεγέννηται.*

ἀγχίσπορος. frg. 155: *οἱ θεῶν ἀγχίσποροι | οἱ Ζηνὸς ἐγγύς.*

Hic denique expendenda est adjectivorum „similitudinis" cum genetivo constructio.

ὅμοιος; quinquies poeta subicit dativum huic adjectivo Sept. 704: *πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον | θεόν, οὐ θεοῖς ὁμοίαν.* Eum. 406: *ὑμᾶς θ' ὁμοίας οὐδενὶ σπαρτῶν γένει.* Suppl. 480: *Νεῖλος γὰρ οὐχ ὅμοιον Ἰνάχῳ γένος | τρέφει.* Pr. 78: *ὅμοια μορφῇ γλῶσσά σου γηρύεται.* — Schol. M.: *ἁρμόζει τῇ μορφῇ σου τὰ τραχέα σου ῥήματα.* — Sept. 661: *ὀργὴν ὁμοῖος τῷ κάκιστ' αὐδωμένῳ* — Uno loco reperitur genetivus Ch. 198: *καὶ μὴν στίβοι γε, δεύτερον τεκμήριον ποδῶν δ' ὅμοιοι τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς.* Sic haec leguntur in codice Mediceo. Turnebus *δ'* delevit. Accommodatissime ad persuadendum disputavit de genetivo Klausenus in notis criticis textui suppositis p. 18. v. etiam Schneider. ad Plat. Rep. 472, d.

ἴσος. Pers. 150: *ἀλλ' ἥδε θεῶν ἴσον ἀφθαλμοῖς | φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως.* — *ἴσον* cum genetivo *θεῶν* esse construendum putavit Schol. rec., qui interpretatur — *ἀλλ' αὕτη ἡ τοῦ βασιλέως μήτηρ, δέσποινα δὲ ἐμή, ἡ ὑπάρχουσα φῶς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἴσον τῶν θεῶν ὁρμᾶται* —. Sed Schuetzius, qui hanc in opinionem discessit, ut *ὀφθαλμοῖς* cum *θεῶν* conjungendum censeret — *φάος ἴσον ὀφθαλμοῖς θεῶν* — „ecce lumen, quale ex deorum oculis emicat" adduxit

interpretes plerosque ut sibi assentirentur. Certe quidem rationem Schuetzii, quoad ἴσος adjectivi ita cum genetivo constructi exemplum ponatur definitum atque confirmatum, plurimum proficere et valere apertum est.

IV.

De genetivo adverbiis adjuncto.

I.

Nulla apud Aeschylum inveniuntur adverbia propterea genetivo connexa quod ficta sunt ex adjectivis, quibus genetivus subicitur genuinus. Atque etiam unum solum adverbium cernitur, ἀξίως, deductum ab adjectivo, cui genetivus ablativi vice fungens solet apponi: Ch. 688: οὔτοι κυρήσεις μεῖον ἀξίως σέθεν, ubi tamen Pauwius auctoritati parens Scholiastae M. („τῶν σοι ἀξίων τιμῶν") scribendum esse duxit ἀξίων, quod probaverunt Schuetzius et Blomfieldus. Dindorfius conjecit ἀξίας, Hermannus vero servari posse arbitratur ἀξίως. conf. Sept. 23: καλῶς τὰ πλείω πόλεμος ἐκ θεῶν κυρεῖ. Ag. 1325: Ἀτρείδην εἰδέναι κυροῦνθ' ὅπως. Sept. 682: κακὸς οὐ κεκλήσῃ βίον εὖ κυρήσας et quae dicentur s. l.

II.

Longe longeque frequentissime ea copulantur adverbia cum genetivo quae eo quod casus forma obriguit — haec iisdem verbis ab Holzweissigio transfero — ex substantivis nominibusque substantive positis orta sunt.

§ 1.

Primum disseratur de impropriis quas dicunt praepositionibus.

a) Ad hoc genus imprimis statuo pertinere voculas eas quae substantivi formam sinceram integramque conservaverunt.

χάριν „gratia" (quod apud Homerum semel tantum legitur — Il. 15, 744) genetivo apud Aeschylum ubique, ut adsolet, postponitur: Ch. 524: *πολλοὶ δ' ἀνῆθεν —, | λαμπτῆρες ἐν δόμοισι δεσποίνης χάριν.* Suppl. 251: *αὐτῆς δὲ χώρας Ἀπίας πέδον τόδε | πάλαι κέκληται φωτὸς ἰατροῦ χάριν.* ib. 428: *γένοιτ' ἂν ἄλλα κτησίου Διὸς χάριν.* Cum genetivo rei est conjunctum Ch. 258: *γλώσσης χάριν δὲ πάντ' ἀπαγγείλῃ τάδε | πρὸς τοὺς κρατοῦντας* — recteque adnotat Schol. M.: *μὴ δυνάμενος ἐχεμυθεῖν.* Abreschius citavit locum simillimum Hes. Opp. 709 — *μηδὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν.* — Praeter necessitatem ponitur Ag. 1641: *ἴσθι μοι δώσων ἄποινα τῆσδε μωρίας χάριν.* — Ag. 24: *φάος πιφαύσκων καὶ χορῶν κατάστασιν | πολλῶν ἐν Ἄργει, τῆσδε συμφορᾶς χάριν.* Engerum secutus *χάριν* accipio pro substantivo per appositionem voci *κατάστασιν* adjuncto. — Pronominis personalis genetivi partes suscipit pronomen possessivum Pers. 1017: *ἔρεσσ' ἔρεσσε καὶ στέναζ' ἐμὴν χάριν.*

δίκην „instar" (plane abhorret ab Homerica oratione). Genetivus, quocum jungitur viginti octo locis, undevicies postponitur, novies anteponitur. Sed loci ii quibus anteponitur, exceptis tribus Suppl. 393. Ag. 284. ib. 1183, in choricis reperiuntur partibus. —

a. Res comparata, quae collocatur in genetivo, plerumque (vicies semel) est animans.

κυνὸς δίκην Ag. 3. ib. 1047. *πολυσινοῦς κυνὸς δίκην. δίκαν χιμαίρας* Ag. 219. *χελιδόνος* ib. 1003. *θεηλάτου | βοὸς δίκην* ib. 1252. *κύκνου δίκην* ib. 1398. *δίκαν — κόρακος* ib. 1428. *λαγὼ δίκην* Eum. 26. *νεβροῦ δίκην* ib. 111. *δίκην κολυμβητῆρος* Suppl. 393. *θύντου δίκην* frg. 297. — *νεοτρόφου τέκνου δίκαν* Ag. 698. *βαρβάρου φωτὸς δίκην* ib. 883. *νεογάμου νύμφης δίκην* ib. 1133. *ἀγγέλου δίκην* Ch. 188. *ναυτίλων δίκην* ib. 194. *δίκην* Ald. At. M. exhibet *δίκῃ*, (ab alia manu in litura scripto) quod confirmatur quum testimonio Scholiastae M.: *τρόπῳ ναυτῶν. ὅτι κατὰ δοτικὴν δίκῃ* tum eo quod etiam G. habet *δίκῃ.* — *ἐν σπαργάνοισι παιδὸς ὁρμίσαι δίκην* ib. 516. *Γοργόνων δίκην* ib. 1045. *δίκαν διφρηλάτου* Eum. 156. *ἀνθρὸς φιτοποιμένος δίκην* ib. 893.

b. Rarius (septies) res, quae ponitur in genetivo, inanima est.

Sept. 85: *ἀμαχέτου δίκαν ὕδατος ὀροτύπου*. Ag. 284: *δίκην φαιδρᾶς σελήνης*. ib. 469: *ὀνειράτων δίκην*. simillime ib. 943: *δίκαν δυσκρίτων ὀνειράτων*. ib. 1135: *κύματος δίκην*. ib. 1183: *δίκην ἄτης λαθραίου*. frg. 308: *παῦ' ὕδωρ δίκην πυρός*.

τρόπον. Ag. 49: *τρόπον αἰγυπιῶν*. ib. 375: *κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον*. Paullo diversa sententia subjecta est sub formula *ἐν τρόποις*, quam sequitur genetivus personarum Ag. 882: *καὶ τἄλλα μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἐμὲ* || *ἄβρυνε*. Eum. 437: Confer etiam Ch. 466: *τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς θανών*.

ἰότητι. Familiare est hoc verbum Homero, qui tamen genetivum tantum personae adnectit: accusativum videmus Il. XV, 41: *δι' ἐμὴν ἰότητα*. — Hesychius: *βουλήσει, αἰτίᾳ, ὀργῇ, χάριτι*. Expromit nescio quid interpretationis Schol. M. ad Pr. 552: *πορείᾳ, παρὰ τὸ ἰέναι, τῇ συνόδῳ*. Vocabuli, quod ad radicem *ἰσ* est revocandum, causam acute enodavit Curtius Et. [4] p. 404. Aeschylus uno loco adjungit genetivum eumque rei Pr. 552: *ἰότατι γάμων*.

Dativum primitus fuisse putant etiam

ἕκατι, cui adverbio in Odyssea tantum occurrenti Homerus non addit genetivum nisi deorum. Homeri ingrediens vestigiis Aeschylus ita utitur genetivo personae, ut haec deus sit Ch. 206: *τί νῦν ἕκατι δαιμόνων κυρῶ*. Schol. M.: *τί νῦν λαμβάνω ἐκ δαιμόνων; τίνος γὰρ ἤδη ἐπέτυχον ὑπὸ θεῶν;* — ib. 424: *ἕκατι μὲν δαιμόνων*. Eum. 749: *Παλλάδος καὶ Λοξίου | ἕκατι καὶ τοῦ πάντα κραίνοντος τρίτου | σωτῆρος*. Schol. M.: *τοῦ Διός*. sed tamen frequenter indulget genetivo rei Pers. 335: *πλήθους μὲν ἂν σάφ' ἴσθ' ἕκατι βαρβάρων | ναυσὶ κρατῆσαι*. Ag. 838: *τοιῶνδ' ἕκατι κληδόνων*. Ch. 425: *ἕκατι δ' ἁμᾶν χερῶν*. ib. 682: *ἐγὼ μὲν οὖν ξένοισιν ὧδ' εὐδαίμοσιν | κεδνῶν ἕκατι πραγμάτων ἂν ἤθελον | γνωστὸς γενέσθαι καὶ ξενωθῆναι*. ib. 993: *τόλμης ἕκατι κἀνδίκου φρονήματος*. Eum. 71: *κακῶν δ' ἕκατι κἀγένοντο*. Schol. M.: *ἕνεκεν τοῦ κακοποιεῖν*.

βίᾳ (Ipso substantivo *βία* neutiquam uti Homerum te-

neas velim) cum genetivo, quem objectivum ducere debemus, conjungitur eoque α) personae, qua invita aliquid fit Sept. 514: *λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ | Διός.* ib. 729: *Ἀπόλλωνος βίᾳ.* Suppl. 414: *βίᾳ δίκας.* Schol. M.: *παρὰ βούλησιν τῆς δίκης.* β) rei Sept. 595: *βίᾳ φρενῶν.* — Eodem plane intellectu dicitur *πρὸς βίαν τινός.* Eum. 5: *θελούσης οὐδὲ πρὸς βίαν τινός.* —

Transeamus jam ad ea adverbia quae unde sint profecta nunc quidem parum potest declarari.

ἕνεκα. Forma *ἕνεκα* bis legitur in libris Ag. 764. frg. 180. *εἵνεκα* item bis Suppl. 178. Pr. 349. *οὕνεκα* formam usitatissimam exhibent libri Ag. 787. Suppl. 460. ib. 982. ib. 974, quo quidem loco Medicei codicis scripturam depravatam *οὖν ἐκληρώθη* Heathius egregie mutavit in *οὕνεκ' ἠρόθη.* — Omnibus vero his locis Kirchhoffius formam *οὕνεκα* ab Aeschyleo sermone abhorrere arbitratus contra auctoritatem quum codicum aliorum tum Medicei scribendum putavit *εἵνεκα,* quod ne sine causa fecerit non vereor. — Sed ut ad usum syntacticum usum transeam, huic adverbio, cujus quaevis forma postponitur genetivo, additum videmus genetivum personae Ag. 764: *στέλλων στρατιὰν | Ἑλένης ἕνεκα.* — ib. 787: *γυναικὸς οὕνεκα | πόλιν διημάθυνεν Ἀργεῖον δάκος.* Suppl. 460: *ἄνδρας γυναικῶν οὕνεχ' αἱμάξαι πέδον,* genetivum rei Suppl. 178: *παντὸς εἵνεκ' — πάγον προσίξειν.* ib. 974: *μὴ πάθωμεν ὧν πολὺς πόνος | πολὺς δὲ πόντος οὕνεκ' ἠρόθη δορί,* ubi singularis collocatio digna est quae consideretur. — ib. 982: *ἐμῆς δ' ὀπώρας οὕνεκ' εὖ θάρσει, πάτερ.* Pr. 349: *ἐγὼ γὰρ οὐκ εἰ δυστυχῶ, τοῦδ' εἵνεκα | θέλοιμ' ἂν — τυχεῖν.* frg. 180: *τίνος κατέκτας ἕνεκα παῖδ' ἐμὸν βλάβης;*

Convertatur oratio ad adverbia loci:

ἔνδον. cum genetivo conjugatur uno loco dictum de interioribus animi Ch. 95: *μὴ κεύθετ' ἔνδον καρδίας.* Saepius usurpatur omisso casu Ch. 635: *τίς ἔνδον, ὦ παῖ, παῖ, μάλ' αὖθις ἐν δόμοις.* Pari modo indicans „domi" positum est Sept. 183: *ἔνδον δ' οὖσα μὴ βλάβην τίθει.* (cf. v. 214: *μένειν εἴσω δόμων*). Pers. 747: *τὸν δ' ἀνανδρίας ὕπο | ἔνδον αἰχμάζειν.* — Alioquin ignota est ellipsis substantivi *φρενῶν*

Ch. 225: *ἔνδον γενοῦ, χαρᾷ δὲ μὴ 'πλαγῆς φρένας*, quam ad formulam collustrandam permulta congessit exempla Blomfieldus in gloss. ad Ch. a. h. l. Equidem apte judico conferri Eur. Heracl. 709: *τί χρῆμα μέλλεις σῶν φ ρ ε ν ῶ ν οὐκ ἔνδον ὢν | λιπεῖν μ' ἔρημον ξὺν τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς;* exstat enim loco hoc vox illa *φρενῶν* ab Aeschylo omissa.

Ἔ ν δ ο θ ε ν, quod et quietem et motum apud Aeschylum significat, semel invenitur constructum cum genetivo Pers. 967: *βοᾷ βοᾷ μελέων ἔνδοθεν ἦτορ.* — *ἔνδοθεν*, quae est scriptura codicis Medicei, Hermannus et Blomfieldus propter metrum mutaverunt in *ἔντοσθεν*, quae tamen forma ut omnino est aliena ab Atticorum sermone (cf. Ottom. Bachmann. Conjecturarum observationumque Aristophanearum — Specimen I — Diss. inaug. Gotting. 1878. p. 99.) ita ne uno quidem loco obviam fit apud Aeschylum. —

Absolute dicitur Sept. 177: *αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν ἔνδοθεν πορθούμεθα*, ubi opponitur voci *θύραθεν*. Ch. 823: *ἔνδοθεν | φοινίαν ἄταν τιθείς.*

ἐ ν τ ό ς plerumque jungitur cum genetivo Ag. 1001: *ἐντὸς δ' ἂν οὖσα μορσίμων ἀγρευμάτων.* Ch. 719: *πρὸς μὲν οἰκέτας | θέτο σκυθρωπῶν ἐντὸς ὀμμάτων γέλων.* Eum. 597: *πῶς γάρ σ' ἔθρεψεν ἐντός, ὦ μιαιφόνε, ζώνης.* Quibus locis quum anteponatur genetivo, postponitur Ag. 77: *ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων | ἐντὸς ἀνᾴσσων | ἰσόπρεσβυς.* Sine genetivo dicitur Sept. 946: *ἐντὸς δὲ καρδία στένει.*

εἴσω et *ἔσω* (Loci, quibus *ἔσω* cernitur forma, altero tanto sunt plures quam ii quibus *εἴσω* apparet). Phrynichi (ed. Lob. p. 127) praeceptum: „*ἔνδον εἰσέρχομαι, βάρβαρον. ἔνδον γάρ ἐστι, καὶ ἔνδον εἰμί, δόκιμον. Δεῖ οὖν εἴσω παρέρχομαι λέγειν. ε ἴ σ ω δ ὲ δ ι α τ ρ ί β ω, ο ὐ κ ἐ ρ ε ῖ ς, ἀ λ λ' ἔ ν δ ο ν δ ι α τ ρ ί β ω*“ non quadrare ad Aeschyli usum videbis. Cum genetivo enim ita tantum jungitur, ut quietem in loco significet: Sept. 214: *μένειν εἴσω δόμων.* ib. 540: *γλῶσσαν ἐργμάτων ἄτερ | ἔσω πυλῶν ῥέουσαν ἀλδαίνειν κακά.* Ag. 1005: *ἔσω φρενῶν λέγουσα πείθω νιν λόγῳ.* frg. 128: *εἴσω κλισίας.* Ch. 770, ubi M. praebet: *τῶν ἔσω μελάθρων ὦ ζεῦ θές.* non minus sententia (conf. adn. Herm. ad h. l.) quam metrum

docet τὸν ἔσωθεν esse reponendum. — Ubi sine genetivo dicitur et motum et quietem denotat: Sept. 543: ἔξωθεν εἴσω τῷ φέροντι μέμψεται. Ag. 988: εἴσω κομίζου καὶ σύ. ib. 1297: πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω. Ch. 541: τήνδε μὲν στείχειν ἔσω. ib. 842: ἔσω παρελθών. ib. 912: μὴ 'λεγχε τὸν πονοῦντ' ἔσω καθημένη. ib. 914: τρέφει δέ γ' ἀνδρὸς μόχθος ἡμένας ἔσω. — Praeterea Ch. 1056 ex Medicei codicis scriptura εἴσω, mut. in εἴσσ' ὁ Turuebus eruendum esse judicavit εἴσω καθαρμός, quod tamen parum placuit criticis.

ἔσωθεν. Quietem in loco ubique significat. Habet secum genetivum Ch. 784: οἵ τ' ἔσωθε δωμάτων | πλουτογαθῆ μυχὸν νομίζετε. de loco Ch. 770 —, quo τὰν ἔσωθεν μελάθρων scribendum est, vide quae paullo supra diximus s. ἔσω. Absolute dicitur de interioribus animi Pers. 11: ὀρσολοπεῖται | θυμὸς ἔσωθεν. Ag. 952: ὑμνῳδεῖ | θρῆνον Ἐρινύος αὐτοδίδακτος ἔσωθεν | θυμός.

de ἔνδοθεν Pers. 967, pro quo Blomf. recepit ἔντοσθεν, vide supra.

de εἴσωθεν nisi apud Hippocratem non occurrente vide lex. Pap.

ἐκτός. Quietem ubique in loco indicat. Proprio sensu jungitur cum genetivo Sept. 247: ἐκτὸς οὖσ' ἀγαλμάτων, translato Ch. 1028: ἐκτὸς αἰτίας κακῆς | εἶναι. Pr. 334: ἐκτὸς αἰτίας κυρεῖς, genetivo antepositum.

ἔκτοθεν (ἔκτοσθεν — confer. conjecturam Blomfieldi Pers. 967 — ἔντοσθεν — non invenitur apud Aeschylum). Ne ceteri quidem Attici ἔκτοσθεν usquam dixerunt (praeter unum: Soph. El. 803 v. Bachmann. l. c. p. 100.) et quietem et motum denotat. Cum genetivo, cui postponitur, construitur Sept. 612: πύργων δ' ἔκτοθεν | βαλὼν Ζεύς σφε κάνοι κεραυνῷ. Pers. 861: λίμνας τ' ἔκτοθεν αἳ κατὰ χέρσον ἐ | ληλαμέναι περὶ πύργον | τοῦδ' ἄνακτος ἄιον. — Genetivo caret Ch. 460: οὐδ' ἀπ' ἄλλων | ἔκτοθεν ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν | δι' ὠμὰν ἔριν αἱματηράν.

ἔξω. Quae vocula cum genetivo consociatur non solum

a. statum = „extra“ significans Sept. 296: τοῖσι μὲν ἔξω πύργων, — translato sensu Ch. 501: ποθέσθαι δοὐδέν ἐστ'

ἔξω δρόμου. Schol. M.: ἔξω τοῦ προκειμένου. Pr. 266: ὅστις πημάτων ἔξω πόδα | ἔχει. (cf. locutiones persimiles supra positas Ch. 1028: ἐκτὸς αἰτίας κακῆς εἶναι. Pers. 334: ἐκτὸς αἰτίας κυρεῖς. Blomf. gloss. ad Pr. 271. et quae statim memorabimus) — sed etiam multo saepius

b. motum designans

Pr. 664: ἔξω δόμων τε καὶ πάτρας ὠθεῖν ἐμέ. ib. 881: ἔξω δὲ δρόμου φέρομαι. Eum. 177: ἔξω, κελεύω, τῶνδε δωμάτων τάχος | χωρεῖτε. ib. 688: καὶ μὴ τὸ δεινὸν πᾶν πόλεως ἔξω βαλεῖν. Metaphorice ponitur Ch. 678: ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα. Schol. M.: ἔξω πηλοῦ πόδα; παροιμία v. paullo supra.

Sine genetivo ἔξω usurpatur motum indicans „foras" Sept. 998: Πολυνείκους νεκρὸν | ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον. Ag. 1144: δύρπεμπτος ἔξω.

ἔξωθεν. Principalem significatum „extrinsecus" servatum videmus Sept. 543: ἔξωθεν εἴσω τῷ φέροντι μέμψεται. Opponitur ἔνδον δ' οὖσα —, ut sit sententia „extra" Sept. 183: μέλει γὰρ ἀνδρί, — τἄξωθεν. —

ἐξωτέρω semel legitur Ch. 1020: ὥσπερ ξὺν ἵπποις ἡνιοστρόφου δρόμου | ἐξωτέρω. Confer supra Pr. 881: ἔξω δὲ δρόμου φέρομαι.

μεταξύ. Nusquam arcessit genetivum. Per se ponitur Sept. 745: μεταξὺ δ' ἀλκὰ δι' ὀλίγου | τείνει πύργος ἐν εὔρει, quae verba interpretatur Schol. M.: — μεταξὺ δὲ ἡμῶν δι' ὀλίγου ἐστὶν ἡ τῶν πολεμίων δύναμις τῆς ἡμετέρας, καὶ τὸ διάστημα ὁ πύργος ὁ διείργων ἐστίν.

διαμπάξ (διόλου καθόλου Hesychius) a nullo, opinor, scriptore (v. Elmsl. ad Euripid. Bacch. v. 992) tam frequenter cum nudo genetivo (praepositionem διά addunt scriptores posterioris aetatis) conjungitur quam ab Aeschylo. Pr. 65: γνάθον | στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ' ἐρρωμένως. Suppl. 912: τῶνδ' ἐφήλωται τορῶς γόμφος διαμπάξ. Praepositio διά genetivo adjungitur ubi poeta aliquid adhibet translationis Suppl. 531: ἰάπτει δ' Ἀσίδος δι' αἴας | μηλοβότου Φρυγίας διαμπάξ.

(διαμπερές per se ponitur tantummodo Ch. 368: τοῦτο διαμπερὲς οὖς ἵκεθ' ἅπερ τι βέλος.

πλησίον. Semel occurrit Pr. 368: *κεῖται στενωποῦ πλησίον θαλασσίου*.

πέλας. Sept. 954: *πέλας δ' αἵδ' ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν*. Schol. M.: *πέλας δ' αἵδ' ἀδελφαί: ἐγγὺς δὲ τῶν κακῶν καὶ ἡμεῖς αἱ ἀδελφαὶ ἐσμὲν ὧν καὶ οἱ ἀδελφοί*. Hermannus scripsit *πέλας ἀδελφὰ δ' ἀδελφεῶν* „paria fratrum mala" collato Soph. Ant. v. 192. — Ceteri loci, quibus absolute usurpatur, sunt hi Sept. 619: *κτανὼν θανεῖν πέλας*. ib. 652: *οἶμαί νιν αὐτῷ νῦν παραστατεῖν πέλας*. Ch. 876: *ἔοικε νῦν αὐτῆς ἐπὶ ξυροῦ πέλας | αὐχὴν πεσεῖσθαι πρὸς δίκην πεπληγμένος*. Eum. 653: *πέλας | μάρτυς πάρεστι παῖς 'Ολυμπίου Διός*. Suppl. 54: *εἰ δὲ κυρεῖ τις πέλας οἰωνοπόλων*. ib. 862: *μαιμᾷ πέλας δίπους ὄφις*. frg. 84: *εὐφαμεῖτε μελισσονόμοι δόμον 'Αρτέμιδος πέλας οἴγειν*. Pr. 125: *τί ποτ' αὖ κινάθισμα κλύω | πέλας οἰωνῶν*. ib. 796: *πέλας δ' ἀδελφαὶ τῶνδε τρεῖς κατάπτεροι*. — *οἱ πέλας* = „alii homines" Eum. 409: *λέγειν δ' ἄμομφον ὄντα τοὺς πέλας κακῶς*. ib. 500: *τὰ τῶν πέλας κακά*. Suppl. 368: *τοῖς πέλας προσήμενοι*. Pr. 339: *ἀμείνων τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς*.

Non ita saepe cum genetivo, cui ubique postponitur, init societatem Pers. 675: *τάφου πέλας*. Ag. 197: *βωμοῦ πέλας*. ib. 1642: *ἀλέκτωρ ὥστε θηλείας πέλας*. Eum. 436: *ἑστίας ἀμῆς πέλας*. Suppl. 247: *Παιόνων πέλας*. ib. 296: *οἱ Νείλου πέλας*. *'Ινάχου* Hermannus. *πέλας* Turnebus. *πέδας* (*οἶμαι παῖδες* in margine) M. — Pr. 424: — *ὃ πόλισμα | Καυκάσου πέλας νέμονται*. Prorsus peculiari ratione adjungitur d a t i v u s: Suppl. 198: *θέλοι μ' ἂν ἤδη σοὶ πέλας θρόνους ἔχειν*. frg. 101: *ἀμφωτίδες τοι τοῖς ἐνωτίοις πέλας*.

ἄγχι. Pers. 465: *ἄγχι πελαγίας ἁλός*. Ch. 622: *τὸ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος*.

comparativus *ἆσσον*. frg. 172: *ἀλλ' 'Αντικλείας ἆσσον ἦλθε Σίσυφος*.

superlativi exstant:

ἀσσιστα. frg. 62: Hesychius: *ἄσσιστα: ἔγγιστα· Αἰσχύλος 'Ηδωνοῖς*.

ἄγχιστα translate jungitur cum genetivo Suppl. 1002: *δύναται γὰρ Διὸς ἄγχιστα σὺν Ἥρᾳ*.

adjectivum *ἄγχιστος*, quod aptissime hic nominatur, secum non habet genetivum Ag. 243: *ὡς | θέλει τόδ' ἄγχιστον Ἀπίας | γαίας μονόφρουρον ἕρκος*, quae verba a Scholiasta M. explicantur: *τὸ συγγενικόν*. cf. Soph. El. 1105.

ἐγγύς. α) cum genetivo construitur Pers. 677: *ἐγγὺς ἑστῶτες τάφου*, translate cognationem designans Suppl. 373: *ἐγγύτατα γένους εἶναι*. frg. 155: *οἱ θεῶν ἀγχίσποροι οἱ Ζηνὸς ἐγγύς*. β) absolúte dicitur Sept. 59: *ἐγγὺς γὰρ ἤδη πάνοπλος Ἀργείων στρατὸς | χωρεῖ*. Eum. 65: *ἐγγὺς παρεστώς*. frg. 309: *μή τε παρασπιστὴς μή τ' ἐγγὺς εἴη ὅστις μὴ* —?

ἐγγύθεν. Ch. 845: *εἴτ' αὐτὸς ἦν θνήσκοντος ἐγγύθεν παρών*. Translate usurpatur Sept. 953: *ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν*. Schol. M.: *ἀχέων τοίων: τοῖς πάθεσιν ἀγχιστεύουσαι* (*ἀγχιστεύοντα* recc.) *ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀλλότρια*. Blomfieldus (in gloss. ad Sept. s. v.) hanc profert explicandi rationem „in talium calamitatum (sc. Eteoclis) similes hae sunt (sc. Polynicis"). — sine genetivo videtur esse dictum frg. 370: *οὐ γὰρ ἐγγύθεν | ὁρᾷς*, emendatio est incerta —.

ἴκταρ, quam vocem Aeschylum solum jungere cum genetivo ego crediderim: Ag. 113: *φανέντες ἴκταρ μελάθρων*. Eum. 976: *ἴκταρ ἥμενοι Διός*. Pluribus disputavit de usu Aeschyleo Erotianus p. 192 (frg. Aesch. 58 ed. Dind.): *ἴκταρ, ἐγγύς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὡς Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι φησίν, ἴκταρ ἥμενοι Διός. μέμνηται ὁ αὐτὸς τῆς λέξεως καὶ ἐν Ἠδωνοῖς* — (*οἱ δὲ περὶ Ἰσχόμαχον καὶ Κυδίαν τὸν Μυλασέα ἔγραψαν ἴκμαρ. αἴτιον δὲ τούτου ἡ τῆς λέξεως ἄγνοια*).

ἄνω. Ab Aeschylo ubique dicitur sine genetivo [frg. 378: Hesychius, *ἄνω ποταμῶν*: *παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπ' ἐναντία γενομένων. κέχρηνται καὶ Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης* (Med. 412)]. — Motum in locum superiorem significat Pers. 643. Ch. 141. frg. 33. frg. 165. — *ἄνω καὶ κάτω* Eum. 640. sine copula frg. 321. — quietem in loco Suppl. 94. frg. 155.

ἄνωθεν. Uno loco videtur denotare motum e loco superiore Ch. 414: *ἐπασσυτεροτριβῆ τὰ χερὸς ὀρέγματα | ἄνωθεν ἀνέκαθεν* (Schol. M.: *τῷ ἄνωθεν ἐπαγομένῳ τῇ κεφαλῇ κτύπῳ*.) ubi quidem ponitur sine casu, qui apparet Ch. 821: *τοῖς θ' ὑπὸ χθονὸς φίλοις, τοῖς τ' ἄνωθεν* — est enim *χθονός*

etiam ad ἄνωθεν intellegendum. Reliquis locis, quibus pari modo quietem in loco superiore atque Ch. 821 indicat, non patitur genetivum sibi adnecti Ag. 835: *πολλὴν ἄνωθεν, τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω | χθονὸς τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβών.* ib. 839: *πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας ἐμῆς δέρης | ἔλυσαν ἄλλοι πρὸς βίαν λελημμένης*, ubi quidem Schneidewinus ἄνωθεν jungit cum genetivo *ἐμῆς δέρης*. — ib. 1550: *θεοὺς ἄνωθεν γῆς ἐποπτεύειν ἄγη* (genetivus *γῆς* pertinet ad *ἄγη*). — ib. 1565: *χερῶν ἄκρους κτένας ‖ ἔθρυπτ' ἄνωθεν* (*ἄπωθεν* Weilius) *ἀνδρακὰς καθήμενος | ἄσημα.* Suppl. 577: *οὔτινος ἄνωθεν ἡμένου σέβει κάτω.*

ἀνωτέρω semel legitur sine genetivo Pr. 316: *τάχ' ἄν σου καὶ μακρὰν ἀνωτέρω | θακῶν κλύοι Ζεύς.*

κάτω. Semel arcessit genetivum, ubi juxta ἔνερθε ponitur Eum. 1001: (*πέμψω*) — *εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους.* Absolute usurpatur tam quietem in loco quam motum in locum inferiorem signans locis octo, praeterea de *ἄνω καὶ κάτω* vide paullo supra.

κάτωθεν, quod nusquam recipit genetivum, significat „ab inferis" Pers. 688: *ἐπεὶ κάτωθεν ἦλθον.* Ch. 370: *κάτωθεν ἀμπέμπων | ὑστερόποινον ἄταν.*

ἔνερθε(ν). Discessum ex loco non declarat nisi intellectu positum = „ex inferis" Pers. 222: *ἐσθλά σοι πέμπειν τέκνῳ τε γῆς ἔνερθεν ἐς φάος.* ib. 628: *πέμψατ' ἔνερθεν ψυχὴν ἐς φῶς.* Neque, si quietem significat, alius ponitur genetivus quam *γῆς* sive *χθονός*: Pers. 229: *τοῖς τ' ἔνερθε γῆς φίλοις.* Ch. 119: *τοὺς γῆς ἔνερθε δαίμονας.* Eum. 270: *μέγας γὰρ Ἅιδης ἐστὶν — ἔνερθε χθονός.* ib. 1001: *εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους.* Pr. 502: *ἔνερθε δὲ χθονός.*

νέρθεν. Ch. 38: *τοὺς γᾶς νέρθεν.* Idem fere videtur valere quod *ὑπό* cum accusativo Pr. 153: *εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν νέρθεν θ' Ἅιδου | τοῦ νεκροδέγμονος εἰς ἀπέραντον | Τάρταρον ἧκεν.* sine casu Pers. 637.

ὕπερθε. Quietem in loco apud Aeschylum exprimit Sept. 210: *ὕπερθ' ὀμμάτων | κρημναμενᾶν νεφελᾶν.* Ag. 219: *ὕπερθε βωμοῦ — λαβεῖν.*

πέρα. Nisi translate non adhibetur Pr. 30: *πέρα δίκης.*

ib. 509: *καιροῦ πέρα*. Schol. M.: *τοῦ δέοντος πέραι* (*πέρα* Dind.) cf. conj. Hermanni *πέρα* Ag. 1313.

Comparativus *περαιτέρω* pariter construitur cum genetivo translate positum: Pr. 250: *μή πού τι προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω.*

πέραν proprio sensu dicitur: Ag. 177: *Χαλκίδος πέραν.* ib. 1154: *πόντου πέραν τραφεῖσαν.*

Minus usitata est adverbii

ἔμπαλιν cum genetivo conjunctio Pers. 223: *τἄμπαλιν δὲ τῶνδε γαίᾳ κάτοχα μαυροῦσθαι σκότῳ.* (cf. Pind. Pyth. XII, 32: *ἔμπαλιν γνώμας.*), qui non additur Ag. 1378: *ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κραίνῃ θεός.* Pr. 205: *οἳ δὲ τοὔμπαλιν* | *σπεύδοντες.*

πρόσθε(ν) (de forma vide Lob. ad Phryn. p. 284.) Pers. 445: *νῆσος τις ἐστὶ πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων.* Eum. 46: *πρόσθεν δὲ τἀνδρὸς τοῦδε θαυμαστὸς λόχος* | *εὕδει.* Motum locum significat Sept. 508: *πρόσθε πυλᾶν κεφαλὰν ἰάψειν.* sine genetivo usurpatur Suppl. 682: *πρῴρα πρόσθεν ὄμμασι βλέπουσ᾽ ὁδόν.* —

His locis, quibus *πρόσθεν* locum indicat, addantur ii quibus metaphorice adhibetur intellectu temporali. Uno vero loco ita adsciscit genetivum Pers. 527: *ἐάν περ δεῦρ᾽ ἐμοῦ πρόσθεν μόλῃ.* — Multo saepius sine casu est dictum Pers. 437. Ag. 124. Ch. 836. ib. 1003. Suppl. 50. ib. 984. Pr. 427. ib. 501. *τὸ πρόσθεν* Ag. 1390. *τὰ πρόσθε* Ag. 19.

πάροιθε(ν). Absolute positum dicitur de tempore tantum: Pers. 180: *τῆς πάροιθεν εὐφρόνης.* ib. 469: *τοιάνδε σοι* | *πρὸς τῇ πάροιθε συμφορὰν πάρα στένειν.* ib. 606: *χλιδῆρ τῆς πάροιθεν.* Ag. 156: *ὅστις πάροιθεν ἦν μέγας.* Ag. 1326: *πολλῶν πάροιθεν καιρίως εἰρημένων.*

Cum genetivo construitur et tempus indicans Pr. 505: *χρυσόν τε τίς φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ* et locum Ch. 379: *τί γὰρ κεύ* | *θω φρενὸς οἷον ἔμπας* ‖ *ποτᾶται; πάροιθεν δὲ πρῴρας δριμὺς ἄηται κραδίας θυμός.* (hoc de loco amplius disseruit N. Wecklein. in stud. ad Aesch. p. 7.) Simillimum est Ag. 940: *τίπτε μοι τόδ᾽ ἐμπέδως* | *δεῖμα προστατήριον* | *καρδίας τερασκόπου ποτᾶται.*

προπάροιθε. Temporali intellectu ponitur cum genetivo

Sept. 317: *κλαυτὸν δ' ἀρτιτρόποις ὠμοδρόπων | νομίμων προπάροιθεν διαμεῖψαι | δωμάτων στυγερὰν ὁδόν* „ante justas nuptias.“ Praeterea Ag. 974: *τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πεσὸν ἅπαξ θανάσιμον | πρόπαρ ἀνδρὸς μέλαν αἷμα τίς ἂν | πάλιν ἀγκαλέσαιτ' ἐπαείδων* Triclinius probabili scripsit conjectura *προπάροιθ'*, quod adsumpserunt Dindorfius et Hermannus.

πάρος apud Aeschylum locis omnibus, quibus apparet, de tempore est dictum neque usquam arcessit genetivum. Sept. 407: *γίγας ὅδ' ἄλλος τοῦ πάρος λελεγμένου μείζων.* ib. 538: *ἀδελφὸς τοῦ πάρος λελεγμένου.* Pr. 408: *θεοῖς τοῖς πάρος.* — Ch. 356: *πάρος δ' οἱ κτανόντες νιν οὕτως δαμῆναι.* Suppl. 353: *ἐγὼ δ' ἂν οὐ κραίνοιμ' ὑπόσχεσιν πάρος.* ib. 903: *πολλὰ γίγνεται πάρος | πεσήματ' ἀνδρῶν.*

ὄπιθεν (de forma v. Lob. ad Phryn. p. 284 seqq.) aeque atque *ἐξόπιν*, quod legimus Ag. 112: *ὁ κελαινὸς ὅ τ' ἐξόπιν ἀργᾶς* (Schol. M.: *ὁ ἐξοπίσω λευκός, ὅ ἐστιν ὁ πύγαργος*) dicitur sine genetivo Pers. 976: *ὄπιθεν ἑπόμενοι.* Sic correxerunt Wellauerus et Blomfieldus: *ὄπισθεν δ' ἑπόμενοι M.*

Contra Aeschyli propria est adverbii *εἰσόπιν* cum genetivo eoque temporis conjunctio Suppl. 597: *εἰσόπιν χρόνου. εἰς τὸν μετέπειτα χρόνον* — Cum hoc genetivo, qui partitivus est habendus, componendus is est qui adicitur adverbio *πρόσω.* Her. II, 121, 4: *ὡς πρόσω ἦν τῆς νυκτός.* IX, 44: *ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο.* (cf. Plat. Prot. 310c: *πόρρω τῶν νυκτῶν*).

πρόσω distantiam metaphorice designans ab Aeschylo jungitur cum genetivo Eum. 410: *λέγειν δ' ἄμομφον ὄντα τοὺς πέλας κακῶς | πρόσω δικαίων ἠδ' ἀποστατεῖ θέμις.* Propria significatione „procul a“ genetivus non admittitur Ch. 358: *θανατηφόρον αἶσαν | πρόσω τινὰ πυνθάνεσθαι | τῶνδε πόνων ἄπειρον.* Eum. 65: *ἐγγὺς παρεστὼς καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν* — ib. 118: — *ἀνὴρ δ' οἴχεται φεύγων πρόσω.*

Non excludendam ab hoc genere ego esse existimavi adverbia

ἐπέκεινα. Suppl. 247: *Πίνδου τε τἀπέκεινα.*

ἐπὶ τάδε. Suppl. 249: *τῶνδε τἀπὶ τάδε κρατῶ.* Sic scripsit Canterus. M.: *τ' απειτα δὲ.*

Denique etiam adverbia „separationem" declarantia enumerare licebit:

νόσφιν. Uno usurpatur loco Suppl. 229: *ἀπρόξενοί τε, νόσφιν ἡγητῶν.*

δίχα propria significatione dicitur cum genetivo uno loco Ag. 825: *τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσενος δίχα | ἧσθαι δόμοις.* Quam proxime accedit ad translationem Ag. 727: *δίχα δ' ἄλλων μονόφρων εἰμί.* Praeterea, ubi usurpatur metaphorice, significat aut — „aliter atque" Ch. 759: *ἔχεις τι τῶν λελεγμένων δίχα.* Schol. M.: *ἀντὶ τοῦ παρὰ τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ Ὀρέστου;* cum verbo substantivo (de hoc usu adverbii v. Krueg. I, 62, 6. 4. cf. Pr. 13: *κοὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι* et Ag. 615: *χωρὶς ἡ τιμὴ θεῶν*) hac sententia init societatem Ag. 1323: *τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα,* quamvis eo loco illud omittatur; alia est structura Pr. 926: *ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα.* — aut „praeter" Pr. 164: *τίς οὐ ξυνασχαλᾷ κακοῖς τεοῖσι, δίχα γε Διός.* Schol. M.: *πλὴν Διός.* — aut denique „sine" Sept. 25: *ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσίν, πυρὸς δίχα, χρηστηρίους ὄρνιθας ἀψευδεῖ τέχνῃ.* Schol. M.: *οὐκ ἐμπύρ' συρόμενος* (*ἐμπύροις χρώμενος* recc.).

Absolute ponitur Ag. 311: *καὶ τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων δίχα | φθογγὰς ἀκούειν ἔστι συμφορᾶς διπλῆς.*

χωρίς significatum proprium retinuit, ubi ponitur sine genetivo, ita ut verbum substantivum, quocum fuit jungendum, omittatur (v. s. *δίχα*) Ag. 615: *χωρὶς ἡ τιμὴ θεῶν* = *κεχώρισται* cf. intpp.

Genetivus ut voculae *δίχα* adjungitur huic adverbio indicanti aut „aliter atque" frg. 179, 5: — *ἐνανάγησεν ὀστρακουμένη | χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί* aut „praeter" Pers. 338: *δεκὰς δ' ἦν τῶνδε χωρὶς ἔκκριτος,* ubi *χωρὶς* melius conjungi cum genetivo *τῶνδε* nemo non videt cf. intpp. Pr. 295: *χωρίς τε γένους οὐκ ἔστιν ὅτῳ μείζονα μοῖραν νείμαιμ' ἢ σοί* aut „sine" Ag. 890: *χωρὶς ποδοψήστρων τε καὶ τῶν ποικίλων | κληδὼν ἀυτεῖ.*

πλήν. Personae tantummodo admittit genetivum; atque is quidem aut pronominis est personalis aut deorum.

α) Pronomina exstant Ch. 164: *οὐκ ἔστιν ὅστις πλὴν ἐμοῦ κείραιτό νιν.* Pr. 63: *πλὴν τοῦδ' ἂν οὐδεὶς ἐνδίκως μέμψαιτό μοι.* Schol. M.: *πλὴν τοῦ Προμηθέως.* — ib. 237: *καὶ τοῖσιν οὐδεὶς ἀντέβαινε πλὴν ἐμοῦ.* ib. 913: *οὐδεὶς θεῶν | δύναιτ' ἂν αὐτῷ πλὴν ἐμοῦ δεῖξαι σαφῶς.*

β) deorum. Ag. 154: *οὐκ ἔχω προσεικάσαι | πάντ' ἐπισταθμώμενος | πλὴν Διός.* ib. 531: *τίς δὲ πλὴν θεῶν | ἅπαντ' ἀπήμων τὸν δι' αἰῶνος χρόνον.* ib. 510: *οὐκ οἶδεν οὐδεὶς ὥστ' ἀπαγγεῖλαι τορῶς | πλὴν τοῦ τρέφοντος Ἡλίου χθονὸς φύσιν.* Pr. 50. *ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.*

Locis ceteris aut infinitivus sequitur Pr. 49: *ἅπαντ' ἐπράχθη* (*ἐπαχθῆ* Stanleius) *πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν*, quo loco constat admodum esse intricatos interpretes. — ib. 521: *τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν.* Eum. 125: *τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά.* ib. 727: *τὸ δ' ἄρσεν αἰνῶ πάντα, πλὴν γάμου τυχεῖν* — aut enuntiatum hypotheticum Pr. 261: *οὐκ ἄλλο γ' οὐδέν* (sc. *τέρμα*), *πλὴν ὅταν κείνῳ δοκῇ.*

ἄτερθε. Suppl. 748: *ἄτερθε πτερύγων.* ib. 978: *οἰκεῖν λάτρων ἄτερθεν.*

ἄτερ, quod omnino tredecies adhibetur, anteponitur casui suo locis tribus (Ch. 329. Suppl. 669. Pr. 458). — Genetivi sunt: Sept. 539: *ἐργμάτων.* ib. 666: *αἰσχύνης.* ib. 731: *γέννας.* ib. 994: *μομφῆς.* Ag. 1102: *κλαυμάτων.* Ch. 329: *κακῶν.* Eum. 400: *πτερῶν.* ib. 540: *ἀνάγκας.* Suppl. 362: *βλάβης.* ib. 669: *πημάτων.* ib. 883: *δίκης.* Pron. 291: *στομίων.* ib. 458: *γνώμης.*

ἄνευ. Genetivus personae reperitur Pers. 164: *οὐκ ἄνευ θεῶν τινος.* Ag. 1449: *ἄνευ Διός.* Ch. 419: *ἄνευ πολιτᾶν.* Eum. 194: *ἄνευ βοτῆρος αἰπολούμεναι.* ib. 653: *πατὴρ μὲν ἂν γένοιτ' ἄνευ μητρός.* Suppl. 602: — *Ἀργεῖος λεὼς | ἔκραν' ἄνευ κλητῆρος ὡς εἶναι τάδε* (Schol. M.: *ταῖς χερσὶν ἐπέκρανε, πρὶν εἰπεῖν τὸν κήρυκα*). In personam puto constitutam esse vel notionem *δῆμος* Suppl. 383: *οὐκ ἄνευ δήμου τάδε | πράξαιμ' ἄν* —.

Genetivus pronominis personalis cernitur Eum. 877: *ἄνευ σέθεν.* Suppl. 786: *τί δ' ἄνευ σέθεν | θνατοῖσι τέλειόν ἐστιν.*

Superest, ut locos, quibus genetivus rei occurrit, ponamus: Sept. 382: *ἄνευ δορός.* Pers. 196: *ἄνευ χαλινῶν.* ib. 605: *ἄνευ τ' ὀχημάτων | χλιδῆς τε τῆς πάροιθεν.* Ag. 198: *τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν;* ib. 444: *ἄνευ δίκας.* ib. 797: *ἄνευ φθόνου.* ib. 898: *ἄνευ φόβου.* ib. 951: *ἄνευ λύρας.* Ch. 420: *ἄνευ πενθημάτων.* ib. 1024: *οὐκ ἄνευ δίκης.* Eum. 285: *ἄνευ δορός.* ib. 544: *ἄνευ δίκης.* Suppl. 425: *ἄνευ — λύπης.*

§ 2.

Satis saepe adverbia loci cum genetivo, qui censendus est partitivus, construit Aeschylus.

ποῖ. Suppl. 743: *ποῖ φύγωμεν Ἀπίας χθονός;*

ὅποι. Prom. 558: *σήμηνον ὅποι | γῆς ἡ μογερὰ πεπλάνημαι.* M. et G. *ὅποι*, ceteri *ὅπῃ.* Verum est *ὅποι*, quod servavit Kirchhoffius (cf. Ellendt. lex. Soph. s. v.).

ποῦ. Pers. 231: *ποῦ τὰς Ἀθήνας φασὶν ἱδρῦσθαι χθονός.* Sept. 986: *ἰὼ ποῦ σφε θήσομεν χθονός.* Schol. M.: *εἰς ποῖον τῆς γῆς τόπον.*

ὅπου. Eum. 297: *— τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ' ὅπου φρενῶν.*

ἐνταῦθα. Ch. 884: *ἐνταῦθα γὰρ δὴ τοῦδ' ἀφικόμην κακοῦ.*

τῇδε hac ratione cum genetivo conjunctum esse dixit Bernhardyus (Synt. pag. 157) Eum. 872: *ἔξεστι γάρ σοι τῇδε γ' ἀμοίρου χθονὸς | εἶναι δικαίως ἐς τὸ πᾶν τιμωμένῃ.* Verum jam pridem Dobraeus *τῆσδε γαμόρῳ* pro depravata illa codicis Medicei scriptura egregie restituit.

Adverbiis temporis, ut praetermittam *εἰσόπιν* quod supra pag. 102. memorandum esse putavi, ab Aeschylo nusquam adnectitur genetivus (partitivus).

§ 3.

Adverbium qualitatis *ὅπως* contra loquendi consuetudinem ita construitur cum genetivo, ut verbum *ἔχειν* (v. Lob.

ad Phryn. p. 280. Bernh. Synt. p. 159) non ponatur Suppl. 806: *σοῦσθε σοῦσθ' ἐπὶ βᾶριν ὅπως ποδῶν* (Schol. M.: *ὡς ἔχετε τάχους ποδῶν*).

§ 4.

Enotabo ad extremum adverbia ea quae quantitatem significant.

ἅλις, quod ab Homero in eodem solet poni casu atque nomen ipsum, apud Aeschylum legitur conjunctum cum genetivo Ag. 1627: *πημονῆς δ' ἅλις γ' ὑπάρχει.* ib. 1630: *εἰ δέ τοι μόχθων γένοιτο τῶνδ' ἅλις.* Ad Eum. 665: *ὡς ἅλις λελεγμένων* conferendum est Homericum *ἅλις ἔνδον ἐόντων.* (cum accusativo et infinitivo ita ut verbum substantivum si non addatur at tamen debeat intellegi: Sept. 662: *ἀλλ' ἄνδρας Ἀργείοισι Καδμείους ἅλις* (sc. *ἐστί*) *ἐς χεῖρας ἐλθεῖν.*) Absolute usurpatum est Ag. 489: *ἅλις παρὰ Σκάμανδρον ἦσθ' ἀνάρσιος.*

ἅλις vel aliquid simile Schneidewinus subaudiendum esse duxit Ag. 914: *τούτων μὲν οὕτω* — comparans Platonicum *τί δὲ τοῦ ἀδικεῖν.* — Heindorf. ad Charm. 28. Gorg. 139. — Legg. 646,[d]: *καὶ τῆς περὶ τὸν οἶνον ἄρα διατριβῆς ὡσαύτως διανοητέον.* Quod vero advocat vir doctus Ag. 97: *τούτων λέξασ' ὅ τι καὶ δυνατὸν καὶ θέμις αἰνεῖν*, id mihi haud videtur huc spectare. Est enim vero genetivus partitivus aptus ab relativo pronomine quod dixi pag. 51.

Abreschius *ἐχόντων* esse subintellegendum existimavit. Alii alia conjectando adsecuti sunt.

ἅδην. Ag. 792: *ἅδην ἔλειξεν αἵματος τυραννικοῦ.* Sine casu dicitur vim verbi augens Pr. 583: *ἅδην με πολύπλανοι πλάναι | γεγυμνάκασιν.* Schol. M.: *ἱκανῶς.*

V.

De genetivo qui pendet ex verbo.

A.

Verba reminiscendi et obliviscendi.

μιμνήσκω. Simplicis verbi forma activa = „admoneo" omnino non usurpatur ab Aeschylo. Medium „*ἐμνησάμην*" cum genetivo rei jungitur Suppl. 50: *τῶν πρόσθε πόνων μνασαμένα* (Schol. M.: explicat: *τοὺς πόνους ἐγὼ διηγουμένη*). Ceterum nulla legitur forma nisi perfectum „*μέμνημαι*", quod sequitur

α) semel genetivus personae Ch. 108: *μέμνησ' Ὀρέστου.*

β) quinquies genetivus rei Pers. 283: *φεῦ, τῶν Ἀθηνῶν ὡς στένω μεμνημένος*, ubi perperam Hermannus distinxit post *Ἀθηνῶν*. Neque enim articulum addit Aeschylus genetivo exclamativo nisi ubi substantivo, quod collocatur in genetivo, adnectitur participium: Sept. 580: *φεῦ τοῦ ξυναλλάττοντος ὄρνιθος*. Hoc tamen uno loco excepto ne participium quidem substantivo adjectum patitur poni articulum: Pers. 281: *αἰαῖ στρατοῦ φθαρέντος*. Ch. 868: *οἴμοι πανοίμοι δεσπότου πεπληγμένου, οἴμοι μάλ' αὖθις ἐν τρίτοις προσφθέγμασιν.* — Pers. 515: *οἲ 'γὼ τάλαινα διαπεπραγμένου στρατοῦ.* — Atque ut perspiciatur, quam vere ego contenderim ab Aeschylo loco nullo articulum apponi substantivo in genetivo exclamativo posito nisi eo, ubi excusatur participio Sept. 580, exemplis, quaecunque inveni, utar Pers. 722: *ὢ πόποι κεδνῆς ἀρωγῆς κἀπικουρίας στρατοῦ.* ib. 909: *αἰαῖ κεδνᾶς ἀλκᾶς.* ib. 962: *ὢ ὢ δᾴων* (Schol. M.: *διακοπτικῶν πολεμίων κακῶν*). Ag. 1259: *ἰώ, πάτερ, σοῦ σῶν τε γενναίων τέκνων.* Ch. 1004: *αἰαῖ μελέων ἔργων.* — Pers. 899: *ὀτοτοῖ, βασιλεῦ, στρατιᾶς ἀγαθῆς καὶ Περσονόμου τιμῆς μεγάλης, κόσμου τ' ἀνδρῶν, οὓς νῦν δαίμων ἐπέκειρεν.* Pers. 443: *οἲ 'γὼ τάλαινα συμφορᾶς κακῆς.* (His locis ii quos modo posui, sunt adjungendi Pers. 281. Ch. 868. — Pers. 515, ubi participium est adjectum.)

Sed ut redeat unde deflexa est disputatio, quoniam Hermannianam interpungendi rationem ferri non posse patent, genetivum debemus construere cum *μεμνημένος*. Accedit quod codex Mediceus omittit notam distinctionis. — Reliqua sunt exempla: Pers. 815: *μέμνησθ' Ἀθηνῶν Ἑλλάδος τε.* Ch. 110: *τοῖς αἰτίοις νῦν τοῦ φόνου μεμνημένη.* ib. 478: *μέμνητο λουτρῶν.* Pr. 524: *ἄλλον λόγον μέμνησθε.*

γ) quater accusativus isque rei Suppl. 195: *μεμνῆσθαι σέθεν κεδνὰς ἐφετμάς.* Ch. 479: *μέμνητο δ' ἀμφίβληστρον* — accusativus neutrius pronominis Pr. 1070: *ἀλλ' οὖν μέμνησθ' ἁγὼ προλέγω.* Ag. 794: *τὰ δ' ἐς τὸ σὸν φρόνημα μέμνημαι κλύων* (objectivum et ad *μέμνημαι* et ad *κλύων* pertinet „verba tua, quibus quid sentias exponis, audiens teneo in memoria").

Accusativus personae, quem Homerus (cf. La Roche „Homerische Studien" — Der Accusativ im Homer p. 167) duobus locis adhibet Il. VI, 222 abhorret ab Aeschyleo sermone.

δ) ὡς particula Pers. 285: *μεμνῆσθαί τοι πάρα, ὡς πολλὰς Περσίδων — ἔκτισαν εὔνιδας.*

ε) infinitivus „cogitare aliquid facere" Suppl. 192: *μέμνησο δ' εἴκειν.*

Per se est positum *μέμνημαι* Ch. 662: *πανδίκως μεμνημένος τεθνεῶτ' Ὀρέστην εἰπέ, μηδαμῶς λάθῃ.* Eum. 88: *μέμνησο μὴ φόβος σε νικάτω φρένας.* Pr. 820: *μέμνησαι δέ που.*

Composita exstant haec:

ἐπιμνήσασθαι „mentionem facere alicujus rei" genetivum secum habet Ch. 606: *ἐπεμνησάμην πόνων.*

ὑπομιμνήσκω. activum: Pers. 965: *ἴυγγά μοι δῆτ' ἀγαθῶν ἑτάρων ὑπομιμνήσκεις.* Haec tam singularis (dat. pers. et acc. rei) structura ipsa non minus quam versus strophicus docet hoc verbum esse glossema alius verbi, quare scripsit Hermannus *ὑπορίνεις*, Dindorfius *ὑποφαίνεις.*

passivi aoristus („mentionem facere") cum praepositione *περί* addita genetivo est positus. Pers. 327: *τοιῶνδ' ἀρχόντων ὑπεμνήσθην πέρι.*

μνημονεύω arcessit genetivum rei Pers. 774: *οὐ μνημονεύει τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς.*

ἀμνημονῶ. Absolute tantum usurpatur Eum. 24: *Βρόμιος ἔχει τὸν χῶρον οὐδ' ἀμνημονῶ.*

(de substantivis *μνήμη, μνῆμα, μνημεῖον* v. pag. 37. de adjectivis *μνήμων, μνήστωρ* etc. vide pag. 81.)

ἐνθυμοῦμαι. Loco invenitur uno eoque cum accusativo neutrius pronominis junctum Eum. 220: *τὰ μὲν γὰρ οἶδα κάρτα σ' ἐνθυμουμένην*. Neque apud Homerum neque apud Sophoclem usquam legi hoc verbum idoneum est quod in transitu commemoretur.

Verba obliviscendi:

λανθάνομαι. Cum genetivo rei dicitur Suppl. 697: *ἀλκῆς λαθέσθαι τῆσδε*, absolute Ch. 663: *μηδαμῶς λάθῃ*.

λήθομαι. Semel reperitur sine genetivo positum Ag. 39: *οὐ μαθοῦσι λήθομαι*. (vide adnotationem Schneidewini.)

B.

Verba curandi et neglegendi.

μέλω et *μέλομαι*.

Forma activa *μέλω* dicitur

a) personaliter *α*) de eo qui habet curam. Sequitur genetivus personae Ag. 357: *οὐκ ἔφα τις θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν*, quod exemplum Hermannus adhibuit ad explicandum Soph. El. 342 (cf. Ai. 689). Homerus participium perfecti *μεμηλώς* hunc in modum construit cum genetivo Il. V, 708. XIII, 297. ib. 469. — *β*) de re, quae alicui est curae. Persona, cui quid curae est, ponitur in dativo Pr. 3: *σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολάς*. Reliquis locis subjectum est neutrum pronominis substantive dictum Sept. 182: *μέλει ἀνδρὶ — τἄξωθεν*. Ag. 563: *δόμοις δὲ ταῦτα καὶ Κλυταιμήστρᾳ μέλειν*.

b) impersonaliter *α*) cum dativo personae, cui aliquid curae est, et genetivo rei vel personae: Pr. 937: *ἐμοὶ δ' ἔλασσον Ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει*. Ag. 938: *μέλοι δέ [τοι] σοὶ τῶνπερ ἂν μέλλῃς τελεῖν*. Ch. 938: *ᾧ μέλει κρυπταδίου μάχας*. *β*) cum praepositione *περί* ad genetivum accedente Ch. 761: *μέλει θεοῖσιν ὧνπερ ἂν μέλῃ περί*. *γ*) cum infinitivo Ag. 547: *τὸ μήποτ' αὖθις μηδ' ἀναστῆναι μέλειν*. ib. 1204: *τοῖς δ'*

ἀποκτείνειν μέλει. δ) Genetivus est omissus Pr. 336: ἔασον μηδέ σοι μελησάτω. Et genetivus est omissus et dativus Sept. 270: μέλει, φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει κέαρ (Schol. M.: μέλει μοι —, ὧν εἶπεν Ἐτεοκλῆς.

Forma media μέλομαι personaliter tantummodo usurpatur ita ut subjectum sit α) res Eum. 61: τἀντεῦθεν — δεσπότῃ — μελέσθω. β) persona. Sequitur aut genetivus rei Sept. 161: μέλεσθέ δ' ἱερῶν δημίων aut infinitivus Suppl. 352: ξυνῇ μελέσθω λαὸς ἐκπονεῖν ἄκη.

Compositum μεταμέλει „poenitet" construitur personaliter Eum. 761: ὡς αὐτοῖσι μεταμέλῃ πόνος.

κήδομαι. Sept. 126: πόλιν φύλαξον κήδεσαί τ' ἐναργῶς: absolute est positum, sed ita ut objectum — liceat mihi uti sollemni hac voce — facile intellegatur.

Compositum προκήδομαι genetivum adsciscit personae Pr. 628: μή μου προκήδου.

φροντίζω. Nullo loco habet genetivum sequentem: Pr. 1033: πάπταινε καὶ φρόντιζε. Pers. 245: δεινά τοι λέγεις ἰόντων τοῖς τεκοῦσι φροντίσαι. Suppl. 403: φρόντισον καὶ γενοῦ πανδίκως — πρόξενος.

ἀλέγω. Genetivus rei cernitur Suppl. 718: βωμῶν ἀλέγοντες οὐδέν (Ag. 1510 pro τὸ μέλημα λέγειν Karstenus proposuit μέλημ' ἀλέγειν),

Ex similitudine verborum prospiciendi ratione singulari Aeschylus adjungit genetivum verbo:

προτιμάω (Hesychius: προτιμᾷ· οὐκ ἔχει λόγον). Ag. 1643: μὴ προτιμήσῃς ματαίων τῶνδ' ὑλαγμάτων. Locis reliquis, quibus fit obviam, Eum. 630. ib. 729. Ag. 1376 copulatur cum accusativo significans „pluris aestimare". Quantum intellego, verbum etiam ἐφορεύω sequitur constructionem verborum curandi Pers. 7: χώρας ἐφορεύειν. Saepius vero invenitur accusativus: Eum. 524: ἄλλ' ἄλλα δ' ἐφορεύει (Schol. M.: ἄλλα ἄλλως ἐφορᾷ ὁ θεός). Suppl. 647: Ἄρτεμιν δ' ἑκάταν γυναι — | κῶν λόχους ἐφορεύειν. ib. 608: Ζεὺς δ' ἐφορεύοι ξένιος ξενίου | στόματος τιμάς conf. Wecklein-Stud. Aesch. pag. 82). — de substantivo ἔφορος cum genetivo constructo vide pag. 38.

Verba neglegendi:

ἀμελέω, quod verbum genetivus, qui est personae (de impietate in deos) sequitur Suppl. 691: *τῶνδε μὴ ἀμελεῖν θεῶν.* ib. 739: *μὴ ἀμελεῖν θεῶν.* ib. 1001: *Κύπριδος οὐκ ἀμελεῖ θεσμὸς ὅδ' εὔφρων.* Omittitur genetivus Eum. 86: *τὸ μὴ ἀμελεῖν μάθε.*

ἀκηδέω. Genetivus est personae Pr. 510: *σαυτοῦ δ' ἀκήδει δυστυχοῦντος.*

παραμελέω nonnisi passive dicitur Sept. 685: *θεοῖς μὲν ἤδη πως παρημελήμεθα.* Eum. 296: *ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον ἔρρειν.*

Facere non possum quin erroris convincam Kühnerum, quippe qui (Gr. Gr. II, p. 325, ed. II) ex analogia verborum curandi Pr. 394: *τούτου φυλάσσου μή ποτ' ἀχθεσθῇ κέαρ* — genetivum *τούτου* jungat nescio quo modo cum *φυλάσσου*. *φυλάσσεσθαι* cum genetivo certo declaratur exemplo, quamvis plane diversa sit sententia Thuc. IV, 11, 4: *φυλασσομένους τῶν νεῶν, μὴ ξυντρίψωσιν*, ubi perverse *τινὰς* (*τῶν νεῶν*) subaudiendum esse intellegit Scholiastes.

C.

Verba appetendi et adipiscendi.

ἐράω. Genetivus semper est rei Sept. 375: *μάχης ἐρῶν.* Pers. 817: *ἄλλων ἐρασθεὶς ὄλβον ἐκχέῃ μέγαν.* Eum. 836: *γῆς τῆσδ' ἐρασθήσεσθε.* frg. 156: *θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ.*

Aliunde ignota forma est verbi

ἐραστεύω (v. Blomf. gloss. ad Pr. a. h. l.). Genetivus exstat rei: Pr. 891: *ἐραστεῦσαι γάμων.*

ἐπιθυμῶ, Ag. 203: *θυσίας παρθενίου θ' αἵματος ἐπιθυμῶν.*

λίπτω (de forma consulendi sunt Hesychius — *ἐπιθυμῶν.* Schol. M. ad Sept. 363: *λελιμμένος· ἐπιθυμῶν· παρὰ τὸ λίπτω.* Blomf. gloss. ad Sept. 348). Aeschylus utitur participio perfecti passivi *λελιμμένος*, quod sequitur genetivus rei: Sept. 363: *μάχης λελιμμένος*, accusativus neutrius adjectivi Sept. 338: *οὔτε μεῖον οὔτ' ἴσον λελιμμένοι.* — Ag. 840:

πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας ἐμῆς δέρης ἔλυσαν ἄλλοι πρὸς βίαν λελημμένης tradita est scriptura *λελημμένης*. Blomfieldus *λελιμμένης* „quae mortem appetivi", qua emendatione num linguae indoli sit consentaneum objectum istud tamquam ex inferis repetere vehementer ego dubito. De variis ab editoribus excogitatis conjecturis confer Schneidewini adnotationem criticam.

ὀρέγομαι. Proprio tantum significatu „(manum) porrigere" videtur usurpatum esse Ag. 1065: *προτείνει δὲ χεὶρ ἐκ χερὸς ὀρεγομένα.*

ἱμείρω. Recipit genetivum rei Ag. 904: *ἱμείρειν μάχης*, infinitivum Pers. 233: *τήνδε θηρᾶσαι πόλιν.*

χρήζω. Uno excepto loco aeque atque compositum *προσχρήζω* nisi in Prometheo non legitur. — Ubi significat „indigere" cum genetivo conjungitur et personae Pr. 378: *ἐμοῦ διδασκάλου χρήζεις* et rei Ch. 517: *τίνος βορᾶς χρήζοντα.* Verum si huic verbo subjecta est vis „desidero, concupisco" accusativus rei (pronominis neutrius) ponitur Pr. 927: *ἃ χρήζεις.* ib. 983: *ἐρεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν χρήζει πατήρ.* (de attractione vide Rich. Förster „de attractionis usu Aeschyleo" p. 13). Infinitivus sequitur Pr. 236, 248, 287, 699, 736. — Participium *κεχρημένος* (de forma v. Dindorf. lex. Aesch. s. v.) aptissime construitur cum infinitivo Pers. 820: *πρὸς ταῦτ' ἐκεῖνον σωφρονεῖν κεχρημένοι | πινύσκετ' εὐλόγοισι νουθετήμασι* „ut ille prudens sit optantes". Sic quidem locum difficillimum posse enodari ego credo.

Compositum *προσχρήζειν* bis exstat. Legitimus est accusativus neutrius pronominis Pr. 640: *πᾶν ὅπερ προσχρήζετε.* ib. 785: *πᾶν ὅσον προσχρήζετε.*

Verba consequendi sunt haec:

τυγχάνω. Et bono et malo sensu usurpatur. 27ies legitur cum genetivo, quater cum genetivo personae Sept. 1048: *πολλῶν πενθητήρων τεύξῃ.* Ag. 160: *τριακτῆρας οἴχεται τυχών.* ib. 1028: *θρηνητοῦ τυχεῖν* (v. not. Schneidew.). Suppl. 148: *μὴ τυχοῦσαι θεῶν Ὀλυμπίων* (sensus est „a dis rejectae et contemptae") 23ies cum genetivo rei: objecta sunt: Pr. 273: *ἐρήμου πάγου.* ib. 648. Ag. 727. frg. 41, 2: *γάμου.*

Sept. 235: *δουλείας*. ib. 544: *πυκνοῦ κροτησμοῦ*. Pers. 506: *σωτηρίας*. Suppl. 63: *δυσμάτορος κότου*. ib. 369: *δίκας — ἐννόμου*. ib. 753: *βρόχου — ἐν ἀρτάναις*. Ag. 162: *φρενῶν*. ib. 483: *μιᾶς* sc. *ἐλπίδος*. ib. 830: *τραυμάτων*. ib. 1246: *καιρίας πληγῆς*. ib. 1312: *βουλῆς*. Ch. 195: *σωτηρίας*. ib. 210: *κατευγμάτων*. Eum. 473: *πράγματος νικηφόρου*. ib. 709: *τῆς δίκης*. Genetivus est neutrius pronominis Pr. 242: *θνητοὺς δ' ἐν οἴκτῳ προθέμενος, τούτου τυχεῖν οὐκ ἠξιώθην αὐτός*. Sept. 533: *εἰ γὰρ τύχοιεν ὧν φρονοῦσι πρὸς θεῶν*. Suppl. 504: *τῶν σ' ἔρως ἔχει τυχεῖν*. ib. 956: *τοιῶνδε τυγχάνοντας* —. Genetivus est subintelligendus Ag. 1184: *οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνός | λέξασα καὶ κτείνασα φαιδρόνους δίκην | ἄτης λαθραίου τεύξεται κακῇ τύχῃ*. Est enim construendi ratio: *οἷα λέξασα καὶ κτείνασα φαιδρόνους τεύξεται* scilicet *αὐτῶν*.

Praeterea Ch. 469 pro — *τοιάνδε σου χρείαν ἔχω, φυγεῖν* etc. scribendum esse judicavit Hermannus: *τοιῶνδε σου χρείαν ἔχων τυχεῖν*. — Postremo Ch. 942: *Δίκαν δέ νιν προσαγορεύομεν βροτοὶ τυχόντες καλῶς* Abreschius ex verbo *προσαγορεύομεν* adsumendum esse censuit *τοῦ προσαγορεύματος* i. e. *τοῦ ὀνόματος* ut interpretaretur: „verum nomen adsecuti" Blomfieldus *προσαγορεύομεν τυχόντες καλῶς* idem duxit valere quod *προσαγορεύοντες καλῶς ἔτυχον*. Sed illa ratio ut vereor ne sit artificiosior quam verior, ita haec non habet quo commendetur, quoniam apud Aeschylum *τυγχάνειν* omnibus locis est finale, quod vocant, verbum Ch. 14: *ἢ πατρὶ τὠμῷ τάσδ' ἐπεικάσας τύχω χοὰς φερούσας*. ib. 309: *τί σοι φάμενος ἢ τί ῥέξας | τύχοιμ' ἂν ἕκαθεν οὐρίσας*. Eademque est ratio locorum reliquorum Ch. 670, 994. Eum. 714. — Ag. 600 vero: *πῶς δῆτ' ἂν εἰπὼν κεδνὰ τἀληθῆ τύχοις* profecto est structura: *πῶς δῆτα εἰπὼν κεδνὰ τύχοις ἂν τἀληθῆ εἰπών*, ita ut participium *εἰπών* sit intellegendum. Porro Suppl. 769: *ἐλθέτω μόρος πρὸ κοί | τας γαμηλίου τυχών* haud dubie *τυγχάνειν* denotat „accidere (Sept. 5. Ag. 334. Ch. 205, 727. Suppl. 385) = accidens ante nuptias" (aliter explicat Scholiastes M.: *τυχών: ἐμοῦ δηλονότι*). Minime meae sententiae confido adversari quod legimus Sept. 503: *σωτὴρ γένοιτ'*

ἂν Ζεὺς ἐπ' ἀσπίδος τυχών, quum sit omissum participium verbi substantivi. Qualia sunt in promptu exempla Soph. Ai. 9. El. 46, 313. cf. Lob. ad Phryn. pag. 277. — His exemplis ita dispositis ut ad id referat se oratio unde aberravit, *τυγχάνειν* nostro loco absolute esse adhibitum peculiari plane intellectu: „verum adsequi, recte dicere" mihi contendenti suppeditant loci hujuscemodi: Ag. 1187: *τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος τύχοιμ' ἄν.* [„Quam bestiam illam appellans (cf. Ch. 949: *τί νιν προσείπω, κἂν τύχω μαλ' εὐστομῶν*) recte appellem."] et Ch. 406: *τί δ' ἂν φάντες τύχοιμεν* quid dicentes dicamus recte"? — Est igitur me judice transferendus hic locus: „Justitiam eam appellamus recte appellantes" (*καλῶς* additur perinde atque Suppl. 71: *θεοὶ γενέται, κλύετ' εὖ τὸ δίκαιον ἰδόντες.* Schol. M.: *καλῶς τὸ δίκαιον ὁρῶντες*). — Permagna similitudine exprimitur verbum *κυρεῖν* Suppl. 569: *καὶ τόδ' ἂν γένος λέγων | ἐξ Ἐπάφου κυρήσαις.* Schol. M.: *καὶ τό γένος ἡμῶν ἐξ Ἐπάφου λέγων εἶναι τῆς ἀληθείας κυρήσαις καὶ οὐ ψεύσῃ.*

Unum addam.

Eum. 840: *καὶ σὺ τιμίαν | ἕδραν ἔχουσα πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως | τεύξῃ παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων, ὅσην παρ' ἄλλων οὔποτ' ἂν σχέθοις βροτῶν.* Dindorfius et Hermannus unum censent excidisse versum ante *τεύξῃ*, in quo lectum fuisset genetivus substantivi, ad quod *ὅσην* referretur. — Sed nihil amissum est. *ἔχουσα τεύξῃ* idem esse fere quod *ἕξει* (v. 841: *ὅσην παρ' ἄλλων — σχέθοις —*) hoc loco mihi est persuasissimum.

Accusativum num reciperet *τυγχάνειν*, magnus scrupulus injectus erat viris doctis. Atque vitricos quidem illa cum accusativo constructio nacta est grammaticos, maxime Bernhardyum (Synt. p. 176). Hermannum (ad Vig. p. 760) scimus mutasse sententiam. Defensum enim primum accusativum postea sprevit ita ut ad attractionis quoddam genus recurreret. (de Homerico usu docte et accurate dixit La Roche in libro citato). — Aeschyleis exemplis statim utar hisce. Ch. 692:

ἔσθ' ὁ καιρὸς ἡμερεύοντας ξένους | μακρᾶς κελεύθου τυγχά-

νειν τὰ πρόσφορα. Eum. 30: καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῷ | ἄριστα δοῖεν. — ib. 1014: loco depravato (M. praebet: καὶ τιμαῖς καὶ θυσίαις περισέπται τύχαι τε Hermannus scripsit: τιμαῖς καὶ θυσίαις περίσεπτα τυχοῦσαι. Commendabilior etiam videtur mihi esse emendatio Kirchhoffii ὠγυγίοις, ὡς | τιμαῖς καὶ θυσίαις περίσεπτα τύχητε. — His exemplis Aeschyleis deliberatis iisque quae nominant Ellendt. lex. Soph. s. v. Valck. ad Hipp. 866. Elmsl. ad Med. 741. Schneider. ad Plat. Rep. p. 431, c nullus ego dubito, quin objectum (praesertim quum sit locis omnibus neutrum adjectivi, id quod in permulta verba cum genetivo juncta cadere vidimus) habeat in accusativo positum verbum τυγχάνειν. Quod si conceditur, fieri non possunt explicationes contortae et arcessitae. Et certe, quoniam conspiciuntur exempla in clara luce, hoc efficitur, ut quod docuit Bernhardyus, τυγχάνειν verbi cum accusativo non esse legitimam juncturam, id non ita exprimi debuisse videatur.

Unum habet compositum Aeschylus ξυντυγχάνειν. Sept. 256: εὖ ξυντυχόντων (Schol. M.: εὖ ἀποβάντων) καὶ πόλεων σεσωσμένης.

2. κυρεῖν et κύρειν (Utraque forma sine significationis discrimine ullo est in usu). Genetivus cernitur undecies, bis personae et malo quidem sensu Pr. 737: πικροῦ δ' ἔκυρσας — τῶν σῶν γάμων μνηστῆρος. Pers. 987: Ἰαόνων ναυβατᾶν | κύρσαντες — novies rei Pr. 70: ὁρῶ κυροῦντα τόνδε τῶν ἐπαξίων. Sept. 590: ταὐτοῦ κυρήσας ἐνδίκως ἀγρεύματος. Pers. 770: κἀγὼ πάλου τ' ἔκυρσα τοῦπερ ἤθελον. ib. 788: στρατὸς κυρήσει νοστίμου σωτηρίας. ib. 890: στυγερᾶς μοίρας | τῆσδε κυρήσας. Suppl. 763: γάμου κυρῆσαι. Ag. 606: ἔκυρσας ὥστε τοξότης ἄκρος σκοποῦ. Eum. 391: οὐδ' ἀτιμίας κύρω (M. κυρῶ. correxit Hermannus). ib. 913: ὁ δὲ μὴ κύρσας βαρέων τούτων. — Offensioni sunt viris doctis verba quae exhibet M.: Ch. 688: οὔτοι κυρήσεις μεῖον ἀξίως σέθεν (v. pag. 91) Dind. ἀξίας, Pauwius ἀξίων, quod probaverunt Schuetzius et Blomfieldus. Quamquam vero Scholiastes M. etiam („τῶν σοι ἀξίων τιμῶν") videtur legisse ἀξίων, servari tamen posse ἀξίως et defendi merito dixit Herman-

nus. *κυρεῖν ἀξίως* dictum est ut Sept. 23: *καλῶς τὰ πλείω πόλεμος ἐκ θεῶν κυρεῖ.* Ag. 1325: *'Ατρείδην εἰδέναι κυροῦνθ' ὅπως*, imprimis Sept. 682: *κακὸς οὐ κεκλήσῃ βίον εὖ κυρήσας.*

Accusativum (confer *τυγχάνω*) eumque neutrius pronominis sive adjectivi substantive dicti *κυρεῖν* arcessit: Ch. 205: *τί νῦν ἕκατι δαιμόνων κυρῶ.* ib. 695: *κἀκεῖ κυρούντων δώμασιν τὰ πρόσφορα.* Vehementer vero errat Matthiaeus (Gr. Gr. § 328 adn.) qui putet Sept. 682: *κακὸς οὐ κεκλήσῃ βίον εὖ κυρήσας* verbum *κυρήσας* accusativum regere substantivi *βίον*. Immo *βίον* est accusativus relationis: confer Schol. M.: *εὐτυχήσας, εὖ πράξας* et quae paullo supra diximus.

Sine genetivo positum denotat „verum attingere“, „recte dicere“ ex similitudine verbi *τυγχάνειν*, cujus de usu supra uberius disputavimus. — Suppl. 569: *καὶ τόδ' ἂν γένος λέγων ἐξ 'Επάφου κυρήσαις.* Schol. M.: *τῆς ἀληθείας κυρήσεις καὶ οὐ ψεύσῃ.*

Compositum *ἐπικύρω* genetivum secum habet rei Pers. 844: *βιοτᾶς ἐπεκύραμεν.*

λαγχάνω (Herm. ad Ag. 535.) nisi uno loco non junctum videmus cum genetivo Ag. 366: *εὖ πραπίδων λαχόντα*, quacum loquendi formula componi debet Ag. 162: *τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν.* Locis reliquis (octo) accusativus apparet Pr. 48: *αὐτὴν ἄλλος ὤφελεν λαχεῖν.* Sept. 359: — *εἴληχεν πάλον.* ib. 673: *κῦμα Κωκυτοῦ.* ib. 922: *μοῖραν — διοσδόνων ἀχέων.* Pers. 187: *γαῖαν.* Ag. 535: *ἤματος μέρος.* accusativus neutrius: Sept. 884: *ἴσον.* Eum. 94: *πάντα τὰ — κατ' ἀνθρώπους.* — Saepius quam apud alium ullum scriptorem omnino omittitur casus atque in Thebana quidem potissimum fabula Sept. 55: *πάλῳ λαχών* id. Sept. 119. Eum. 32. — Sept. 406: *καπανεὺς δ' ἐπ' 'Ηλέκτραισιν εἴληχεν πύλαις.* ib. 434: *λέγ' ἄλλον ἄλλαις ἐν πύλαις εἰληχότα.* ib. 440: *τὸν ἐντεῦθεν λαχόντα πρὸς πύλαις.* Eum. 705: *αἱματηρὰ πράγματ' οὐ λαχὼν σέβεις.* — Praeterea Ch. 932 pro *ἔλασε δ' ἐς τὸ πᾶν*, quod conjectura invenit Pauwius, Hermannus scripsit: *ἔλαχε δ' ἐς τὸ πᾶν*, Schuetzius: *ἔλαχε δὴ τὸ πᾶν.* M.: *ἔλακε.* Schol. M.: *ἤλασε*

δὲ εἰς τὸ τέλος τοῦ δρόμου ὅ ἐστιν, ἤνυσε τὸν ἀγῶνα, ἀφίκετο, φησίν, εἰς τὸ τέλος τοῦ ἀγῶνος.

Compositum διαλαγχάνω „dividere per sortem" per se patet jungendum esse cum accusativo Sept. 772: σιδαρονόμῳ | διὰ χερὶ ποτὲ λαχεῖν | κτήματα. ib. 798: διέλαχον σφυρηλάτῳ Σκύθῃ σιδήρῳ κτημάτων παμπησίαν.

ἀντάω (Lob. ad Ai. p. 340.) „incidere in aliquid", Suppl. 36: ἔνθα δὲ λαίλαπι χειμωνοτύπῳ βροντῇ στεροπῇ τ' ὀμβροφόροισίν τ' ἀνέμοις ἀγρίας ἁλὸς ἀντήσαντες ὄλοιντο, ubi cum genetivo ἀγρίας ἁλός, non cum dativis consociandum esse duco ἀντήσαντις. Quantum enim ego sentio, dativus, qui huic adjungitur verbo, semper est personae (occurrere alicui"). Hom. Il. VI, 399. Soph. Ai. 535. Tr. 902. Neque vero quidquam frequentius genetivo rei et bono sensu et malo. Cujusmodi utar exemplo Pind. Ol. X, 42: ἁλώσιος ἀντάσαις. — dativos λαίλαπι χειμωνοτύπῳ, βροντῇ στερονῇ τ' ὀμβροφόροισίν τ' ἀνέμοις dynamicos, quos vocamus, declaraverim pertinentes ad ὄλοιντο cf. Ch. 881: δόλοις ὀλούμεθα. Sept. 813: ὤλοντ' ἀσεβεῖ διανοίᾳ. Suppl. 833: ὀλόμεναι παλάμαις.

Jam vero quaeritur, num ἀντᾶν cum accusativo (substantivi) possit construi. Suppl. 310: — εἰδὼς δ' ἁμὸν ἀρχαῖον γένος πράσσοις ἂν ὡς Ἀργεῖον ἀντήσας στόλον.

ἀνστήσας *M.*, sed adscriptum est ἀντήσασ. Amplectebantur plerique editores ἀντήσασ. (imprimis Hermannus, Dindorfius, Kirchhoffius). Herm.: „Id hic agendum erat Danaidibus, ut se Argivas origine esse docerent. Soph. Ant. 981: ἁ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων ἄντασ' Ἐρεχθειδᾶν." At immerito vir summus hoc posuit exemplum. Genetivi enim ἀρχ. Ἐρεχθ. copulandi sunt cum ἄντασ', et σπέρμα (= γένος) est accusativus, quem dicunt, relationis. (cf. not. Schneidewini a. h. l.). — Denique O. C. 1445, ubi Hermannus ex libris Triclinianis recepit κακόν, melioris notae codices praebent κακῶν. — A Sophocle igitur alienum esse accusativum perspicitur. Quid? Quod ne unus quidem omnino scriptor illum umquam adhibuit. Quocirca aut ἀνστήσας est recipiendum (de apocope Aeschylea vide Blomf. ad Sept. 740.) aut quod dedit Victorius ἀνστήσῃς. — πράσσειν ὡς cum conjun-

ctivo apparet Eum. 759: *πράξομεν ὡς μεταμέλῃ πόνος* „efficiemus ut poeniteat."

ἀντιάζω, quod uno omnino loco habet genetivum eumque rei Soph. El. 869: *τάφου ἀντιάσας* („sepulcrum adeptus"), apud Aeschylum colligatur cum accusativo personae Ag. 1516: *θυγατὴρ πατέρ' ἀντιάσασα* (Hesychius — *ἀπαντᾷ συναντᾷ*).

προσικνοῦμαι. Ch. 1030: *τόξῳ γὰρ οὔτις πημάτων προσίξεται.* Haec est scriptura tradita. Schuetzius conjecit *ἐφίξεται* secutus Scholiastam M.; cujus haec est interpretatio —: *ἐφικέσθαι τοῦ μήκους.* Hermannus praeponendam esse existimavit, quam recepit in textum, correctionem Meinekii *προσθίξεται.* Et profecto *προσικνεῖσθαι* reliquis locis aut cum praepositione *ἐπί* construitur Ag. 756. —, aut cum nudo accusativo „supplicem adire" indicans Ch. 1032 aeque atque *ἐξικνεῖσθαι* (*ἐπί* Ag. 290. *πρός* cum accus. Pr. 791. nud. accus. Ag. 267. Eum. 1004. Pr. 808). Ad constructionem igitur quod attinet, Meinekii conjectura *προσθίξεται* forsitan habeat commendationem. Quod vero docet Hermannus non esse credibile, ab Aeschylo idem verbum iteratum esse (v. 1032.) id quam sit parvi momenti manifestum est, ut rem confirmem exemplis pauculis, eo quod poeta Sept. 495: *ἐπ' ἀσπίδος.* ib. 503: *ἐπ' ἀσπίδων* dicit neglecto, quod proxime praecedit v. 493: *ἐπ' ἀσπίδων*, quod vicinos versus Ch. 692 et 695 *ὁμοιοτελεύτως* claudit exeuntes in *τὰ πρόσφορα*, quod denique *κάρτα* particulam repetit Suppl. 431. 433. 435 versibus sese excipientibus. Suppl. 402 repetitur quod v. 392 dicitur in versus fine: *φροντίδος σωτηρίου.* — Talia igitur Hermannus ad tuendum illam sententiam Meinekii non debuit proferre.

Eadem explicatione qua verborum consequendi complectar structuram vocis: *ἐπακρίζειν* Aeschyli propriam: Ch. 925: *πολλῶν αἱμάτων ἐπήκρισεν | τλήμων Ὀρέστης.* In Schol. M.: *ἐπ' ἄκρον ἦλθε.*

Verba aberrandi.

ἁμαρτάνω. Genetivus est substantivi. Ag. 200: *ξυμμαχίας ἁμαρτών.* ib. 513: *τοῦ ῥυσίου ἥμαρτε.* — ib. 1635: *σώφρονος γνώμης δ' ἀμαρτῆτον* (Sic M. Hermannus: *ἁμαρ-*

τεῖν), cf. τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν pag. 83 et pag. 116. — Accusativus est adjectivi vel pronominis neutrius substantive dicti: Suppl. 882: πόλλ' ἁμαρτών. Pr. 375: τί ποτέ με — εὑρὼν ἁμαρτοῦσαν. frg. 286 [b]: ἁμαρτάνει τοι καὶ σοφοῦ σοφώτερος, ubi ἁμαρτάνει τι καὶ scriptum esse ex conjectura Grotii adnotat Hermannus.

Eadem est ratio accusativi, qui sequitur verbum ἀμπλακεῖν. Ag. 1166: τάδ' ἤμπλακον. Passivum Suppl. 883: τί δ' ἠμπλάκηται τῶνδ' ἐμοὶ δίκης ἄτερ.

ψεύδω. Activum „fallere“ construitur cum accusativo personae, quam quis fallit, genetivoque rei Pers. 470: ἔψευσας φρενῶν Πέρσας. Passivo adjungitur accusativus neutrius Ch. 740: πολλὰ δ' οἴομαι, ψευσθεῖσα. Medium („mendacio fallere“) omisso genetivo adsciscit accusativum personae Ag. 1162: ξυναινέσασα Λοξίαν ἐψευσάμην. (absolute ponitur = „mentiri“ Eum. 605: μάντις ὢν δ' οὐ ψεύσομαι.)

σφάλλομαι (forma activa non utitur Aeschylus). Eum. 707: σφάλλεται βουλευμάτων. — Sine casu est usurpatum Tr. 258: σφαλεὶς γὰρ οὐδεὶς εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ, quem tamen versum ab Aeschylo, ad quem refertur, conscriptum esse multi non putant.

ἀποσφάλλομαι. Pr. 974: ἀποσφαλεὶς φρενῶν. Pers. 390: γνώμης ἀποσφαλεῖσιν. (cf. pag. 83).

Praeter morem genetivus determinatur verbis, quibus insit notio aberrandi, his:

παρασκοπέω. Ag. 1206: ἦ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπεις χρησμῶν ἐμῶν· παρεκόπης scripserunt Dindorfius et Meinekius.

Certe huc pertinet constructio singularis participii κεκομμένος. Ag. 459: τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκομμένος.

βλάπτομαι. Ag. 116: βλαβέντα λοισθίων δρόμων. cf. Od. I, 195: βλάπτουσι κελεύθου.

κόπτομαι. Ag. 458: κεκομμένος φρενῶν.

πλάζομαι. Sept. 767: κρεισσοτέκνων ὀμμάτων (κρείσσο τέκνων δ' ἀπ' ὀμμάτων M. emendavit Blomfieldus.) ἐπλάγχθη. Schol. M.: ἐχωρίσθη. Confert Blomfieldus Eur. Tro. 635: ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας. Addenda sunt Pind. Ol. I, 60: εὐφροσύνας ἀλᾶται. Nem. VIII, 4: καιροῦ πλαναθέντα.

D.

Verba communicandi et participandi.

Genetivus, qui definitur his verbis, partitivus est.

μετέχω. Pr. 335: *πάντων μετασχών.* Pers. 538: *ἄλγους μετέχουσαι.* Eum. 853: *χώρας μετασχεῖν.* Accusativus *μέρος* (cf. pag. 4) infertur Ag. 485: *μεθέξειν φιλτάτου τάφου μέρος.* Ch. 284: *κρατῆρος μέρος | εἶναι μετασχεῖν, οὐ φιλοσπόνδου λιβός.* Robortellus perverse ex codice suo dedit *κρατῆρος μέρους*).

Uno loco reperitur

μέτεστι, quod impersonaliter semper usurpatur. Eum. 565: *τί τοῦδε σοὶ μέτεστι πράγματος λέγε.* de dativo personae vix habeo quod commemorem.

μεταδίδωμι et *μεταλαμβάνω* numquam apud Aeschylum legi.

κοινωνέω. Dativum personae cum genetivo rei consociatum secum habet Sept. 1017: *θέλουσ' ἄκοντι κοινώνει κακῶν.* Deest huic verbo dativus personae Suppl. 311: *τῆσδε κοινωνεῖν χθονός.* Ch. 138: *νέου δὲ μύθου τοῦδε κοινωνήσατε.*

κοινόω (quid intersit discriminis inter activum et medium, exponit Elmsl. ad Med. 793.)

Activum „rem aliquam cum aliis communicare“ denotans construitur α) cum dativo personae et accusativo neutrius pronominis Ch. 698: *ταῦτα τοῖς κρατοῦσι — κοινώσομεν.* — accusativus facile intelligitur Ch. 654: *ἀνδρῶν τόδ' ἐστιν ἔργον, οἷς κοινώσομεν.* β) cum dativo personae et praepositione *περί* genetivo adnexa Suppl. 354: *ἀστοῖς δὲ πᾶσι τῶνδε κοινώσας πέρι.* Sic enim codicis lectionem *ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε* emendavit Scaliger conf. pag. 45.

Medium *κοινόομαι* „inter se communicare“ designans accusativum rei adsumit Ag. 1302: *ἀλλὰ κοινωσαίμεθ' ἄν πως ἀσφαλῆ βουλεύματα.*

Aeschylea structura est verbi

μετοικέω (conf. pag. 84). Suppl. 589: *ἡμᾶς μετοικεῖν τῆσδε γῆς.*

Ad verborum communicandi structurae analogiam genetivus determinatur verbis gustandi et fruendi, quae tamen apud Aeschylum sunt rarissima.

γεύομαι. frg. 31, 2: καὶ γεύομαί πως τῆς ἀειζώου πόας. Ag. 1176: ὧν πατὴρ ἐγεύσατο. Metaphorice cum personae genetivo construitur frg. 238, 4: ἥτις ἀνδρὸς ἡ γεγευμένη.

ἐπαυρίσκομαι „fructum percipere ex aliqua re", Homerus (v. La Roche l. c. § 82, 6.) semper huic verbo adicit genetivum pariter atque alii scriptores. Aeschylus accusativum ponit neutrius pronominis Pr. 28: τοιαῦτ' ἐνηύρω τοῦ φιλανθρώπου τρόπου. Schol. M.: τοιούτων ἐπέτυχες. τοῦ φιλ. τρόπου est genetivus pretii, quod videtur neglexisse Kruegerus Di. § 47, 15, 1.

Satis notum est cum verbis transitivis genetivum ita copulari, ut is partem ex toto demptam significet, quum accusativo exprimatur objectum totum. Cujusmodi verba usurpavit Aeschylus:

ἐσθίω. Suppl. 216: ὄρνιθος — ὄρνις φαγών.

ἔχω. Ag. 926: οἴκοις (M. οἶκος. certa est correctio Porsoni οἴκοις.) δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς — ἔχειν. τῶνδε scilicet εἱμάτων (nos „deren zu haben"). Quo in loco explicando Bernhardyum ὑπάρχει cum τῶνδε conjungentem magno teneri errore demonstrat Klausenus.

λαμβάνω. Ag. 1567: ἄσημ'. ὃ δ' αὐτῶν ἀγνοίᾳ λαβών. Haec est ingeniosa conjectura Dindorfii. Libri ἄσημα δ' αὐτῶν. conf. pag. 48.

Bernhardyus huic verborum generi adnumerandum esse opinatur οἴγω. Ch. 64: οἴγοντι νυμφικῶν ἑδωλίων. Sed nititur illa opinio scriptura admodum vitiosa. θιγόντι, quod jam Stephanus restituit, unice vera est lectio.

Idem Bernhardyus Ch. 691: ἀλλ' ἔσθ' ὁ καιρὸς ἡμερεύοντας ξένους | μακρᾶς κελεύθου τυγχάνειν τὰ πρόσφορα genetivum existimavit μακρᾶς κελεύθου esse aptum ex ἡμερεύοντας. At vero determinari eo adjectivum τὰ πρόσφορα explanavi pag. 80.

E.

Verba tangendi, capessendi, temptandi.

ψαύω. Genetivus rei cernitur Pers. 202: *καλλιρρόου ἔψαυσα — πηγῆς*. Ch. 174: *τῆσδε χώρας — ψαύσει*. absolute dictum est, sed ita, ut genetivus personae subaudiatur Suppl. 892: *κλάοις ἂν εἰ ψαύσειας* (sc. *γυναικῶν*).

θιγγάνω. Quater construitur cum genetivo rei Sept. 44: *θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου* (de significatu vide p. 36). ib. 240: *θιγγάνουσ' ἀγαλμάτων*. Ag. 641: — *οἴακος θιγών*. Ch. 940: *ἔθιγε — χερὸς — Διὸς κόρα*. Praeterea Ag. 994: Flor. praebet *πραθέντα τλῆναι δουλείας μάζης βίᾳ*. Triclinius: *καὶ ζυγῶν θίγειν βίᾳ* (conf. intpp.). genetivus personae est subintelligendus Pr. 847: *ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον*. Neque minus videtur per se esse positum Ch. 992: *σήπειν θιγοῦσαν ἄλλον οὐ δεδηγμένον*, qui locus omnibus fere adhuc restitit emendandi conatibus, et Ch. 64: *θιγόντι δ' οὔτι νυμφικῶν ἑδωλίων | ἄκος*. Genetivus *νυμφικῶν ἑδωλίων* tam ad nomen *ἄκος* quam ad *θιγόντι* est referendus, quod monet Scholiastae M. nota. Vide pag. 31.

Est igitur nexus verborum: *οὔτι ἔστιν ἄκος νυμφικῶν ἑδωλίων θιγόντι* (*αὐτῶν*). — Eximia singularisque dicendi forma est Ag. 415: *πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ*. Schneidewinus sine ulla causa *θηγάνει* reposuit. — Ad usum vero illum praepositionis *πρός* illustrandum possunt advocari exempla Eurip. frg. 969: *ἡ Δίκη σε — παίσει πρὸς ἧπαρ*. Aesch. Ag. 756: *δῆγμα δὲ λύπης οὐδὲν ἐφικνεῖται πρὸς ἧπαρ*. Soph. 938: *χωρεῖ πρὸς ἧπαρ — γενναία δύη*. (conf. Blomf. gloss. ad Ag. s. v.)

προσθιγγάνω, quod verbum genetivo personae determinatur Ch. 1056: *Λοξίου δὲ προσθιγών*. de conjectura Meinekii *προσθίξεται* Ch. 1030 pro libri Medicei lectione *προσίξεται* satis disputatum est pag. 118 seqq.

ἐπαφάω (Blomf. gloss. ad Pr. 874) nude positum legimus sine casu juxta *θιγγάνω* Pr. 847: *ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον*.

ἅπτομαι (Lob. ad Ai. 698) cum genetivo colligatur et propria significatione Ag. 1579: τοῦδε τἀνδρὸς ἡψάμην et translata frg. 244, 3: ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκρῶν.

Composita usurpantur

ἐφάπτομαι, quod metaphorice jungitur cum genetivo Suppl. 397: -δῆρις ῥυσίων ἐφάψεται.

συνάπτομαι. Translato sensu pariter atque ἐφάπτομαι genetivum sibi adjungit Pers. 715: γνώμης δέ πού τις δαιμόνων ξυνήψατο. Schol. M.: συνήργησεν αὐτῷ δαίμων τις. (cf. Blomf. gloss.) Sine genetivo dictum significat „adjuvare" Pers. 733: ὁ θεὸς συνάπτεται, quod exponit Scholiastes M.: ὁ θεὸς συνεπιλαμβάνεται. (Activo συνάπτειν „contiguum esse" adnectitur dativus Pers. 871: Τήνῳ τε συνάπτουσ' | Ἄνδρος ἀγχιγείτων.)

ἔχομαι „amplector" Sept. 96: ἀκμάζει βρετέων ἔχεσθαι.

Unico verbo temptandi utitur Aeschylus:

πειράομαι, quod quidem haud discedens ab Atticorum sermone jungit cum genetivo personae, quae qualem se praebeat, quaeritur. Ag. 1355: πειρᾶσθέ μου γυναικὸς ὡς ἀφρασμόνως. ib. 1634: δαίμονος πειρωμένους. (Quod exhibent libri δαίμονας, Bernhardyum, ut cum accusativo conjungi posse illud verbum doceret, adduxit. Jam Schuetzius edidit δαίμονος, uti Stanleio quoque visum est.) — Ch. 500: δαίμονος πειρώμενος. (Similis sententia est subjecta sub formula Ag. 1624: τὴν τύχην δ' αἱρούμεθα.)

Perrara est ellipsis genetivi Sept. 213: πολεμίων πειρωμένων, quum incertum sit objectum.

Proprietates ex proprietatibus nectimus. Ab verborum enim capessendi structurae similitudine profectam esse patet rationem construendi verbi ἱκνεῖσθαι „supplicare", indicantis. conf. Elmsl. ad Med. 318. Valck. ad Theor. IV, 35. Bernh. synt. p. 148. Krueg. § 47, 12, 5.

Hoc enim verbum, cui Aeschylus accusativum applicat personae ejus, cui quis supplicat Pers. 216: θεοὺς δὲ προστροπαῖς ἱκνουμένη. Suppl. 146: Ζῆνα — ἱξόμεσθα — uno loco construit cum genetivo dei, per quem quis precatur:

Suppl. 319: *τί φὴς ἱκνεῖσθαι τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.* objectum *-ἐμέ* est subintellegendum.

Nonnulla denique verba capessendi cum accusativo et genetivo construuntur ita ut pars, quae apprehenditur, collocetur in genetivo. Krueg. § 47, 12, 3/4.

λαμβάνω. frg. 248, 2: — *ποδὸς λαβών.*


ἀποσπάω. Suppl. 876: *ἕλξειν ἔοιχ' ὑμᾶς ἀποσπάσας κόμης.*

Idem cadit in verba passive dicta:

ἄγομαι. Suppl. 414: *ἀγομέναν | ἱππηδὸν ἀμπύκων.* — Sept. 309: *τὰς δὲ κεχειρωμένας ἄγεσθαι — ἱππηδὸν πλοκάμων.*

Vita.

Ricardus Schenk natus sum Zechinii die XIII m. Apr. a. h. s. LX, patre Carolo matre Theresia e gente Knochiana. Fide institutus sum evangelica. Primis literarum elementis imbutus gymnasium frequentavi Francofurti ad/Viadr. Maturitatis testimonium adeptus a. h. s. LXXVII me contuli Berolinum, ut civitate academica universitatis Fridericae Guilelmae accepta in studia philologica incumberem. Ibi per octies sex menses docuerunt me viri doctissimi: Curtius, Dillmann, Jo. Droysen, Huebner, Henning, Kiepert, Kirchhoff, Lazarus, Muellenhof, Nowack, Vahlen, Wattenbach, Zeller. Ad exercitationes ab ipsis moderatas Vahlen, Huebner, Jo. Droysen aditum mihi benigne permiserunt. Quos viros omnes optime de me meritos esse gaudeo quod nunc licet publice testificari; maximas vero gratias debeo iis quorum interfui societatibus.




Sentententiae controversae.


---

1) Disciplinas, quae vertuntur in naturae investigatione empirica, perperam nunc statuunt carere posse philosophia.
2) Non potest cum fructu tractari historia philosophiae nisi unius utique philosophi ratione cognita penitusque percepta.
3) Aesch. Suppl. 501 recipienda est Weckleinii conjectura *πατῶ*.
4) Thuc. I, 93, 5 verba . . . *καὶ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ξυγκατεσκεύαζε; . . . . . δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον* ab interpretibus non recte explicata esse censeo.
5) Hor. Ep. I, 7, 29 lectionem „vulpecula“ contra Bentleium defendo.
6) Hor. Ep. I, 18, 91 verba „bibuli media de nocte Falerni | Oderunt“ non sunt delenda.

Ienae, typis Frommanni (H. Pohle).


108078




Digitized by Google